I mandetur. Alicui prouideri de-beri de beneficio certo modo vacanti puta per consilionem exectabilis adiecta clausula siue quouis alio modo vacauerit: si non vacet predicto sed alio modo: puta per consilionem: de multa: vel per non promotationem ad ordinem presbyteratus. vt in.c.licet canon. de elec. li. vi. Uel per contractum matrimonii. vt in.c.i. de de. coniu. vel per ingressum religionis. de regu. benefi. lib. vi. Fuit dubitatum vtrum de dicto beneficio sic alio modo quam expresso vacante possit prouideri impetranti. Super quo dñi erant varii pp.c.susceptum. de rescrip. li. vi. per quod.c. Aliqui dñi dicebant in partem negatiuam: quia vno modo expresso non venit alius. vt ibi ar.c. nonne. de presum. hoc verum: nisi aliud appareret de intentione mandantis: vt in.d.c.susceptum.i.responso. puta quia Papa mandat alicui prouideri de beneficio vacante per resignationem: vel alio quocunque modo vacauerit: tunc enim sm Jo. an. ibidem venit omnis modus vacandi: et hoc pp clausulam antedictam. Pro quo allegat. ipse.c.cum aliquibus. in fi. et.c. duobus. in fi.e.ti. et c.si motum: de prebe.c. li. cuius opinio indubitanter est vera: et seruatur in omni vacatione contingente per eandem personam. Nam predicta clausula seu quouis alio modo respicit omnem modum vacandi per eandem personam: secus vero si per diuersas sm Lapum ibidem: licet dño Jo. cal. in quadam sua questione: que incipit Papa contulit tenuit disputando omnem modum vacandi venire et per aliam personam sub clausula antedicta: ratio sua primo fuit hec: quia predicta clausula omnem modum vacandi includit sm clarum intellectum et competentiorem sm eum facit quia clausula non adiicitur ad subiectum restrictum se generaliter et plus imprimit relatio generalis: et maxime cum hec coniunctio disiunctiua terminum precedentem non repetat saltem restrictiue et vniuersaliter in vno solo supposito verificatur: et quia mens verbis non repugnat que omnia copiose fundat per iura multa: et ad rones omnes in contrarium respondens: cuius opinionem dñs Egydius intellexit et verum putauit in beneficio iam vacante de quo prouideri vel prouideri mandatur per Papam. Nam non potuit videre qua rone hoc casu recedendum esset a propria significatione verborum: consentit tamen bene quod opinio Lapi quam seruat palacium locum sibi vendicat in beneficio nondum vacante: de cuius vacatione certa speratur in certam personam: puta mandatur prouideri de certo beneficio cum illud vacare contingerit per assecutionem alterius pacificam beneficii: vel contractum matrimonii: vel quouis alio modo. Nam tunc sm eum: quia ad illam personam solum papa habuit respectum: solum intelligitur de illa. ar.c.p. et g. et c. cum olim. de off. dele. et plus facit sm eum quedam ratio ab extrinseco sumpta: quam aliquod positiuum: puta clausula vel alio quouis modo fuerit introducta. pp fraudes quas pp.c. susceptum. antedictum inuenebant obtinentes beneficia que sperabant vacare contra impetrantes: que fraus cessat si vacet per aliam personam. vt l.si.§.cui dulcia. ff. de vi. trit. et oleo le. que al. pro predicta opinione non ponit verbum alio sm ipsum. Salua reuerentia tanti patris et dñi mei. Ego non video differentiam inter casum et casum. Nam siue de vacanti siue de vacaturo prouideatur siue prouideri mandetur: loquor de certo beneficio semper exprimitur certus modus vacandi per certam personam: et vtrunque casum exprimit papa in.c. susceptum. si rite inspiciatur. Nam in primo responso mandatur prouideri de certo beneficio vacante in certam personam. In secundo casu loquitur de vacaturo: in quo casu raro vidi poni clausulam seu quouis alio modo: sed si poneret credo idem quod in primo casu: quia non video ronem diuersitatis. Sed credo ronem vtrobique vniformiter: ego idem ius de transla. inter corporalia. cum si. Est tamen que dam regula siue ordinatio in Cancellaria dñi nri Pape Urbani Quinti declarata per dñum Gregorium papam: que facit pro et contra in questione nostra.

Ordinatio dñi Urbani pape Quinti stat sic.

I petatur. Alicui de certo beneficio prouideri et in supplicatione super hoc signata non fiat mentio de reseruatione: quamlibet impetrans huiusmodi habuerit et producat reseruationem de beneficio antedicto: litere super hoc expediende non expediantur cum reseruationis narratione: eius de se sed cum clausula: si non fuerit alteri ius quesitum. mandabitur sibi prouideri.

Sequitur additio dñi Gregorii Undecimi.

Dominus noster Gregorius non vult quod stilus predictus seruetur tempore suo: quia quando prouidet vel prouideri mandat intentio sua est prouideri quocunque modo ad ipsum pertineat: nisi esset generaliter reseruata: quia tunc non intendit prouidere vel mandare prouideri: nisi in supplicationibus de generali reseruatione fuerit facta mentio: et illa generalis mentio fuerit specificata. Ex qua regula concluditur nullam fore differentiam inter prouisionem factam: vel mandatam de prouidendo. de certo beneficio vacante. Apparet etiam omnem modum vacandi includit: excepto vno videlicet generaliter reseruatio que reuera non respicit vacationem seu modum vacationis: sed potius modum affectionis beneficii: siue pertinentiam collationis: et ideo meo iudicio modicum faciunt predicte regule ad propositum. Fuit igitur conclusum per omnes opinionem dñi Jo. an. et Lapi fore tutiorem: et sic eligendam et obseruandam: et hactenus sic fuisse obseruatum in rota. ar. de spo.c. iuuenis. cum si. vide aliam similem. sub numero .cxlii. alias .cxliii.

De appella. et de tempore petendorum apostolo. Ru.

Sequens decisio h.d. tempus .xxx. dierum ad petendum apostolos currit a die appellationis interposite: non a die sententie late h.d. Uel sic: quod recipiendorum apostolorum tempus currit a tempore appellationis non sententie. h.d. sm veram opi. Ho. qui seruatur in rota. XXIX

Quit dubitatum A quo tempore .xxx. dies ad dandum et recipiendum apostolos inciperent currere tam iudici quam appellanti. hoc est querere: vtrum a tempore appellationis interposite: vel a tempore prolationis sententie. In qua questione doc. antiqui et moderni erant varii et diuersi. Ho. fuit in opi. quod a tempore appellationis et non sententie: pro multas rones quas ponit in.c. cordi. de ap. li. vi. per quas rones et quam plures alias. Idem tenuit Gense. in de. quamuis. de ap. pro quorum opi. videtur tex. in.c. ab eo. de ap. li. vi. vbi io. an. et etiam in.d. de. sensit et tenuit contrarium videlicet quod a tempore snie. et non appellationis: incipiunt currere dicti .xxx. dies cum quo concordat Pau. in.d. de. quamuis. Mouentur principaliter per.l. iudicibus. C. de ap. canonizatam.ii.q.vi. vbi expresse dicitur quod .xxx. dies currunt a tempore snie. Uerum est sm Gense. vbi snia est appellatione suspensa: et sic intelligit ipse hanc.l. per hoc subauditum: alias esset ibi clarus tex. pro opi. io. an. et pau. Similiter modo intellexit predictam.l. io. de lig. in.c. dilectus. de ap. declinando in partem Gense. et Ho. Ad concordandum predictas opi. credebat fore distinguendum sic. Aut loquimur quo ad petitionem respectu appellantis: aut quo ad dationem apostolorum respectu iudicis: in primo casu: aut appellans appellauit viua voce statim post sniam: et tunc iste casus est clarus sm eum: quia tempora appellationis et snie tunc simul currunt. Aut post sniam ex interuallo: puta vltima die decendii appellauit: quo casu tunc dubium currit. Et tunc aut ignorauit vsque ad tempus quo appellauit sniam fuisse latam: et tunc a tempore appellationis currit tempus petendi apostolos: quia non prius currit tempus appellandi: vt in aucte. hodie. signata sup.l. eos. C. de ap. et.e.ti. concertationi. li. vi. et ita no. Cy. in.d.l. iudicibus. Aut ante appellationem sciuit sniam fuisse latam. et tunc pp equitatem notatam in.d. c. ab eo. per io. an. credebat dñs Egydius: quod a tempore snie: si tunc sciuit. alioquin a tempore appellationis per.l. iudicibus. cum ibi no. per Cy. Ex quo enim a tempore snie statim potuit appellare: sibi imputet quod non appellauit. quo ad id de quo queritur. quia si deliberare voluit. An si expediret appellare eo tempore deliberare debuit. An expediret petere apostolos: quos petere non fuit difficile: et quia quo ad hoc impedimentum legitimum ipsum excusaret. Si vero loquimur in iudice qui habet dare apostolos: quo ad ipsum credit dñs Egidius magis exuberare equitatem de qua loquitur io. an. in.d.c. ab eo. quia sm eundem io. an. ibidem non debet esse iudex quo ad hoc deterioris conditionis quam appellans: quia diligentior debet esse appellatus in sco

pprio q̄ꝫ iudex: quē negociū non ita tangit. Tum q2 dꝫ p̄sumere suā sniam esse bn̄ latā: ⁊ cı̄ standū: ⁊ p ꝯn̄s ab eo nō appellandū: tū q2 facilius est apostolos petere q̄ꝫ dare: i uꝫ q2 in p̄nte grauati ē q̄n̄ appellat ⁊ apostolos petit: non sic in iudice. Facit. ff. de excep. doli. l. pure. §. si. tū q2 in casibus infinitis lꝫ a tpe notitie appellare. ⁊ esset iniquū si post centum dies a tpe snie. lꝫ post. x. dies scie appellaret cucurrisse iudici tps dandoꝝ apostoloꝝ a tpe snie: ⁊ in hoc casu credit ipse nedū a tpe appellatōis: imo a tpe intimatōis facte iudici currere p̄dictū tps apostoloꝝ petēdoꝝ. ⁊ ita fuit obtentū in ꝯcilio ipso petente sm̄ eū. Tpe vero meo sine p̄edicta ⁊ quacunqꝫ distinctōe fuit ꝯclusuꝫ ⁊ determinatū per oēs oṕi. Do. ⁊ Genze. ⁊ equiorē ⁊ iustiorē: ⁊ ipsam seruatā ⁊ seruādā semp i palacio pp efficaciores rōes quas allegat.

Additio. Et sic tps petēdoꝝ apostoloꝝ incipiūt currē vna cū tpe appellōis īterponēde. vn̄ a tpe late snie si interfuit ꝓlatōi ipsi⁹: vel aliter cū foret latā sciuit. Si vō ondū postea supuēit scia snie tūc a tpe ipsius scie.

alia additio. Pro qua facit: q2 dicti. xxx. dies currūt ēt iudici: vt iterūn deliberet an velit admittere vel refutare appellationē: lꝫ cū añ īterpositionē non cadit deliberatio: vt in. c. ad dissoluēdū. de despon. impu. ergo nec añ dꝫ incipere p̄scriptio. Itē ex ꝯrio seq̄ret absurdū: q2 si peteret in vltimo momento. xxx. dierum iudex nullum haberet terminum ad tradendum apostolos.

¶ De dilationibus ⁊ articulis. Rubrica.

¶ Infra scripta decisio. h. d. ꝙ in cā criminali ēt ciuiliter intentata articuli post terminum dati non veniunt admittendi. h. d. XXX

Uit dubitatum. Et per me in relatiōibus publicis positū. Utrū in cā criminali ēt ciuiliter intētata articuli post terminū dati: possent ⁊ deberent admitti. i quo dn̄i mei erant varij ⁊ quasi diuisi per mediū. Aliqui dn̄i dicebāt ꝙ sic salte de eq̄tate ⁊ benignitate palacij: maxime si ius ptis aduerse non multū in hoc lederet: q2 ꝓbatōes non sunt angustande. xiiij. q. iii. quāqꝫ. C. de here. q̄n̄. vt litis nō p̄te. q̄n̄: p̄sertim si ps dans articulos vellet iurare māīm de nouo ad sui noticiā deuenisse. ar. c. pastoralis. de excep. de testi. p̄sētiū. ff. de no. op. nū. l. de pupillo. ⁊ c. vt circa. ꝺ elec. li. vi. Allegant ēt p̄dicti dn̄i m. ei ꝓ se no. p Jo. an. in cle. sepe. de v̄. sig. sup v̄bo non obstante. ⁊ no. in. l. si ea. C. de accu. ⁊ spe. ti. de excep. §. dicendū. v̄. sed pone. datus est terminus peremptorius: quas notas ēt alij dn̄i tenentes ꝯrarium allegabant ꝓ se. dicentes de iure cōi p̄dictos articulos nullo mō admittendos. Rō: nā lꝫ in cāis bn̄ficialibus matrimōialibus in q̄bus ꝓcedit lite non ꝯtestata: ⁊ simpliciter ⁊ de plano: vt in cle. dispendiosam. de iudi. iūcta cle. sepe. de v̄. sig. articuli dati post terminū: ⁊ ēt infra post ꝯclusionē admittunt ⁊ recipiunt de eq̄tate canonica ⁊ stilo palacij: tū in criālib⁹ ⁊ ꝓphanis cāis: talis stilus siue eq̄tas non ꝓcedit: tū pp odiositatē māētum: q2 in hijs non est tm̄ piculū: tū q2 dant longiores inducie: tū q2 mā dilationū est amputāda. C. de dila. l. i. de testi. c. significauerunt. ⁊ c. vltra tertiā. de testi. spo. frequens. li. vi. facit optime ꝓ hac pte. l. quinquaginta. ff. de excu. tu. ⁊ l. diffamari. C. de ingenu. ⁊ manu. de ꝓcu. tue. de accu. lꝫ. ⁊ de ꝓba. lꝫ. vide ꝑ spe. ti. de dila. §. nunc videamus. in fi. Preterea cū causaꝝ vsus ⁊ iura: vsum peremptoriū inuenerunt: vt esset litiū finis: si post illud q̄s in talib⁹ audiret: vix lis aliquē finē hr̄et: quē iura volunt iponi. ꝺ do. ⁊ ꝯtu. finē. ne malicijs ⁊ ꝯtrarijs via det: qd̄ non est faciēdū. ꝺ iurciu. si v̄o. ⁊ no. in spe. ti. ⁊. §. vbi. ꝺ. v̄. p̄terea cū circū. Sed q2 oēs termini in palacio apostolico. post litē ꝯte. sunt peremptorij: lꝫ id non exp̄mat. vt no. spe. expsse ti. de citatōe. §. viso. v̄. dicunt ēt. ⁊ no. in cle. i. de excep. p Jo. an. Pro qua opi. facit opti. c. corā. de in inte. resti. cum ibi no. p Inn. q expsse dicit q omittens peremptoriā exceptionē opponere: vel ꝓbatōes necias in peremptorio termino ꝓponere: non audit̄ sine in inte. resti. post terminū: ⁊ pōt rō dici sui assignatis: q2 cū assignatio huiōi termini fit q̄dā interlocutoria. vt. ff. de arbi. l. qualē. in fi. ⁊ p eā ius acq̄rit̄ ptibus de re iudi. cū inter. ⁊ c. qd̄ ad ꝯsultationē. de elec. cū dilecti. ⁊ de testi. significauerunt. non dꝫ sine cāe cognitōe p quādam quasi restōnē reuocare. vt i. d. c. corā. sed in criminibus restō denegat̄. vt no. in spe. ti. de resti. in inte. §. q̄s ꝯ. v̄. sed pone. ergo ⁊c. quā rōnē pōit Compo. in. c. qd̄ sicut. ꝺ elec. cuius no. ibidē fuit ꝓ hac pte allegata. quā intelligo sm̄ itellectū queꝫ ponit Jo. mo. ꝺ reg. iu. in gn̄ali. li. vi. v̄. vltio q̄ri. q̄ no. hn̄ facit ad ꝓpositū. facit ēt ꝓ hac pte. l. auxiliū. ff. ꝺ mino. ⁊ c. ꝯcertatōi. de ap. li. vi. c. ꝯsuluit. de of. dele. de testi. in tec. c. i. in cle. cū multis si. In hac pte vr̄ ēt declinare pau. in cle. ꝯstōnē. de elec. sup v̄bo. sup hijs. vbi vide bonā distinctionē. ꝓ hac pte faciunt ēt no. p dn̄m Jo. de lig. in. c. cū ꝫ dilectus. ⁊ si. instru. Dn̄s v̄o Egidius q tenuit cū primis ꝯcessit oēs terminos palacij fore peremptorios quātū ad hoc vt dato semel termino pti: nō ap̄lius sine cāe cognitōe aliuo nouus debeat assignari. Sed hoc nihilominus non obstante: si post terminū re ⁊ scō sine ꝓrelatōe dent̄ articuli: recipi debent: postqꝫ ptis nō interest: sicut si reciperent̄ post terminū ꝓbatōes: allegat no. in. l. si ea. C. de accu. ⁊ no. p Jo. an. i cle. sepe. sup v̄bo. nō obstāte. de v̄. sig. ⁊ ibi multa iura ꝓ hac pte. Ad hoc ego q habui cām: ⁊ in p̄tē primā declinādo sic sniam Rn̄di: ꝙ multū ptis interest cui ius est acq̄situ: ꝙ termini nō repetant̄: nec articuli admittant̄: tū pp remissionē ad ptes decernendā q̄ h̄ret forsan longū tractū: tū q2 si non admittant̄: reportabit sniam salte absolutoriā: si est reus ꝓ scōm ꝯdēnatōe expensarū: ecce magnū interesse. Mutare igr̄ nō dꝫ ꝯsiliū in alterius p̄iudicium. de elec. ꝯstōnē. in cle. de reg. iu. mutare. li. vi. Ad aliā rōnē q̄ vr̄ magis vigere: vꝫ ex quo. n. in ꝓphanis de stilo palacij recipiunt̄ ꝓbatōes post terminū: q̄ nō possent recipi nisi admissis articulis ergo ⁊c. Posset r̄nderi ⁊ intelligi de ꝓbatōibus notorijs: ⁊ q̄ fiūt p instr̄a ⁊ l̄ras: ex q̄bus statim pt̄ h̄ri ⁊ liquari v̄itas: sine alia discussiōe ⁊ ꝓrelatōe cāe p q̄ p̄r dici hodie ꝯstat: hodie agat̄. vt in. c. l̄ras. ꝺ testi. spo. ⁊ in. l. si is a quo. ff. vt in pos. le. ꝺ re iudi. cū olim. Secus v̄o in ꝓbatōe testiū: q̄ req̄rit cāe cognitōē: ⁊ longū tractū. in ti. de testi. p totū. de ꝓba. lꝫ de testi. p̄sētiū. li. vi. nō ob. c. pastoralis. de excep. alle. ꝓ ꝯrio: qd̄ posset induci ꝓ dcā nr̄a ꝯclusiōe. in eo ꝙ ibi non audit̄ post terminū p̄fixū ad ꝓponēdas dilatorias nisi cū iuramento: imo quo ad hoc ꝯtinet iniq̄tatē: ē sm̄ Albertū: q2 hoies proni sunt ad iurandū ⁊ ad deiurādū. de iureiu. ⁊ si xp̄s. de coha. cle. clericos. ⁊ iō sm̄ ipsum: illa non seruabit̄ in foro seculari: ꝓ vt recitat spec. ti. de excep. §. ii. v̄. ecce. q ponit ēt in. §. seq̄nti. v̄. sed pone. aliā solutionē. Ber. ⁊ Compo. i. c. qd̄ sicut. supius alle. ad dictaꝫ decre. pastoralis. dicens illaꝫ non loq̄ de peremptorio termino: nec de exceptionibus peremptorijs ⁊ de dilatorijs: iōqꝫ sm̄ cū nō dꝫ ad hoc trahi cū sit ꝯ rōnē iuris iducta: vt q̄s post peremptoriū admittat̄: ⁊ ꝙ suo iuramēto in sua cā. ꝯ. c. sicut. de ꝓba. cū quo ꝯcordat Ber. ibidē. lꝫ Inn. ⁊ Ho. teneant ꝯrarium vꝫ. ꝙ ēt ꝯcedat ⁊ locū hēat decre. p̄dicta in pēptorijs sicut dilatorijs. ꝓut recitat spe. in loco supius alle. vꝫ in. d. §. v̄. vtrū aūt possit statim. ti. de excep. nec ob. l. de pupillo. ⁊ decre. p̄sētiū. ꝓ alia pte dicti ꝯrariū inducte. q2 non loquunt̄ de termino hoīs. sed iuris. ⁊ iurius agit̄ cū lege q̄ꝫ cū eius ministro. ff. de arbi. l. celsus. de de. excō. mini. si celebrat. ergo ⁊c. dictaꝫ ꝯclusionē itelligo de articulis actoris. q sp̄ dꝫ eē paratus. Secus v̄o posset dici de articulis rei defensorijs post terminū datis. cuius partes sunt fauorabiliores q̄ꝫ actoris. ꝺ ꝓba. ex l̄ris. tū ēt q2 reorū est fugere. actorū instare. ꝺ p̄sump. nullus. de v̄. sig. forus. tū q2 maior est ꝯtumacia actoris q̄ꝫ rei. de do. ⁊ ꝯtu. cāꝫ q̄. ⁊. c. ti. c. i. li. vi. quaꝫ ꝯclusionē reputabant dn̄i verissimā i quibusdā alijs ꝯsilijs. dūmō p̄dicti articuli rei eēnt mere defensorij. puta perimētes itētionē actoris q̄ ad absolutionē. non q̄ ad adiudicatoriaꝫ obtinēdaꝫ. ⁊ dari in termino. ad huiōi exceptōes peremptorias ꝓponēdas. ⁊ assignati post in termino dato ad vicēdum ꝯ articulos ꝓ parte actoris datos. Et iō sm̄ ꝯstōnes Jo. xxij. Reo istante ⁊ petēte in cā ꝓphana dabunt̄. xl. dies. ⁊ actori nisi. xxx. ad ponēduꝫ ⁊ articulanduꝫ. imo stultus eēt reus hn̄s exceptionē bonaꝫ peremptoriaꝫ. si illaꝫ opponeret. añ fundataꝫ itētionē actoris. ꝓut legit̄ ⁊ no.

.c.d testib°.d testi.t.c.ex pte adō.t d do.t ꝯt.c.finē.cū si. Se
cus vo:si nimis expectaret cū dcis suis articulis: puta ppe
ꝯclusionē.tūc nō audiref: pp p̄sūptōēs malicie siue calūnie.q:
p̄sumif ꝙ pp cāz dilatōis t prelatōis h faciat maxīe si sit pos-
sessor. Hoc vez nisi vellet iurare:ꝙ mā nūc p ipz sit tarde da
ta:de nouo ad eius noticiam peruenisset. vt in.c.pastoralis.
de excep.t.c.vt circa.de ele.li.vi.

Additio. Jmmo in crialibus ad dfensionē rei post
ꝯclusionē cāe:t ēt post testiū publicationē
admittif pbatio p istā.vt no.bar.i.l.i.i fi.ff.d q̄sti. t i.l. diui
fres.ff.d pēis:vbi dicit:ꝙ d inocētia rei si appet ēt post sniaz
ꝯt absolui ex spāli grā seu pricipis bñficio ꝯtēt sitii ppetuo.

Ͼ De libel.obla.t de lit.contesta. Rubrica.

Ͼ Secūda decisio.h.d.ꝙ re° d curia recessur° nō dz arresta
re nec cōpelli ad rñdēdū interrogatōib° p̄cipale negociū tā
gētib°: nisi dispositiue dent p modū articuloꝝ.d.h. Ͼ Uel
sic:iterrogatorijs nō tenef recessur° d curia rñdē: nisi illa di
spositiue data fuerit t i scriptis.h.d. XXXI

Voluerunt. Et ordinauerūt oēs dñi con
cordit: ꝙ nulla ptiū citaref
d cetero:vel arrestaref.ad rñdēdū certis iterroga
tōib° datis vel dādis:qb° alias d iure cēt rñdēdū:
negociū p̄cipale ꝯcernētib°:nisi date fuerit seu dent dispo
sitiue:t p modū positionū t articuloꝝ i scriptis: t si p inad
uertētiā fierēt hmōi citatōes vel arrestatōes:pars citata vel
arrestata nō cōpellaf:rñdē hmōi iterrogatōib°:nisi date fue
rit p modū sup adictū. Hoc vez si aliquā ptiū h petat:alias
si voluerit spōte rñdē mōo ē sibi gerēd°.ff.d pb.l.circa. d re-
sti.spo.c.i.t si rñderit affirmatiue: i sibi p̄iudicet sua ꝯfessio.
vt no.p Ber.i.c.cū cāz.d iur.calū.rō prie ꝯclusiōis ē. q: iter
rogāis nihil:s; ponēs dispositiue:dic q̄ potius ꝯfitef. vt d cō
fes.c.i.t.ii.li.vi.cū ibi no.q̄ vt nō claudicet iudiciū:digniū t iu-
stū ē id qd dic actor iterrogando: p rei ꝯfessionē si vult rele-
uari:t ita t reus p actoris iterrogatōes dispositiue datas
releuef:vt fueſ i iudicio equalitas:cū rei nō dēant ēē deterio
ris ꝯditōis q̄ actores:vt i regula iuris.nō lz.li.vi.t d mutu.
peti.c.i.t.ii. Jtē q: iste rñsiones fuit p eo:ꝙ re° vel actor nō
erit p̄ns tpe termini ad rñdēdū positōib° assignādie:q̄ tpe
positōib° rñdē dēret: t p ꝯ̄ns hrenf loco rñsionū:q̄ fierēt in
illo termio:ad positōes iā datas:s; tūc nō rñdef nisi positōi
bus:p alterā ptē dispositiue datis:q̄ nec nunc eisdē.n.nāc
funt ea q̄ i alterius locū successerūt. vt lite pē.ecclesia sancte
Marie.q̄ dcā sūt itelligēda d iterrogatōib° decisoriis. Se
cus vo d p̄paratorijs:qb° ptes bñ tenenf rñdē:lz dispositi-
ue nō dent.d qb° i.d.c.cū cāz.p ber. Rō scdi dicē: q: volēti
t ꝯsentiēti nō fit iniuria neq: dol°.vt i.l.cū donatōe.C.d trā
sac.vii.q.i.q̄ piculosū.z.d reg.iu.scietī.li.vi. facit dctū.c.i.de
resti.spo.aut.a.ꝯdicit aut ꝯsentit:si ꝯsentit h: locū rō pxime
dcā.si ꝯdicit aut p cā ꝯditōis alle.ꝙ nō sunt date iterroga
tōes p modū positionū t tūc h:locū p̄mū dctū.aut illā cāz
nō assignat:t tūc cōpellif rñdē:q: postq̄ cāz nō allegat:non
vr velle i ea se fundare. t tūc ꝯsuetudo t stilus Curie eum
artat:nūq̄ tū pt cōpellef dare rñsiones suas p iuramētū ēt
ad positōes:nisi iterrogatōes denf p iuramētū: si h petaf:p
rōnē iā dictā. Sz ex h isurrexit aliō dubiū:vtrū si aliqua ps
arresteſ d mādato dñi Auditoris:ad rñdēdū certis iterro-
gatōib° nō dispositiue datis: illicētiata de Curia recedat
possit excōicari:t videbaf ꝙ nō q: si venisset rñdē nō tene-
baf ad iterrogatōes ipertinētes.ar.v.q.i.c.i.t.ff. d ferijs.l.
.i.cū si. Fuit allegatū i ꝯ̄riū:q: ex q̄ ꝯstabat de iurisdictōe iu
dicis citātis seu arrestantis: ꝙ tenebaf cōparē saltē allega-
turus ipertinētiā iterrogationū: vel petitur° se de arrestari
.ff.de iudi.si qs ex aliena.iii.q.iii.si ep̄s.d h de ap.si nob°.d
accu.veniēs.cū ibi no.q: neutrū fecit:iudicē ꝯtēpsit:pp quez
ꝯtēptū excōicari potuit.xi.q.iii.nemo ꝯtēnat.t.c.certū.vt lite
nō ꝯt.qm̄.t.c.me.de iudi.c.i.t i.d.c.veniēs.pp qd fuit ꝯclu-
sū:ꝙ auditor:si vellet ipz pp ꝯtēptū hmōi ex suo offō:lz nō
ad istātiā ptis excōicare posset:tū meli° cēt ꝙ supsedēt:q: nō
sic q̄ iudicijs ptiū p̄mittunf iuris necessitati subiacunt.ff.de
iudi.nō qcqd maxie cū itersit ptis: nec iura sua p hoc ledaf.

Ͼ De rescriptis. Rubrica.

Ͼ Jnfrascripta decisio.h.d.ꝙ ipetrans bñficiū solitū regi:
p seculares ꝫ; formā.c.cū de bñficio.de p̄bē.li.vi. sufficit ꝙ
pbet illō rectū p.x.an.vt tale:sicut ipetrauit:nisi ex aduerso
pbaref ꝙ p.xl.ānos vt.regularẽ fuerit gubernatū.h.d. Uel
sic breuius.xl.annorū spacio probatur alteratio status be
neficii.h.d. XXXII

Vit dubitatum Quid ipetrans
fm formā.c. cū de
bñficio.de p̄bēdis.li.vi.teneaf pbare:vz: vel sim-
pliciter vltimū statū bñficij:vz illud rectū p clericū seculares
vltio:t p.xl.annos fuit sic rectū:vel an sufficiant.x.anni. Jn
q̄ dñi erant varii:nō ꝫ abs q̄ regrit ꝯtinuatio t pacifica gu
bernatio tanti tpis:ꝙ lrīa p̄scriptio sit cōpleta: q̄ ē quadra-
genaria.de ca.pos.t ppe.c.cū ecclesia. de p̄scrip.de quarta.
t.c.ad aures cū si. Et h vr dicē expsse tex.c. cū de bñficio.su
pius alle. quē sic itelligit quasi oēs scribētes:pp vbū. ltia.q̄
ē regularẽ quadragenaria. Sec° vo si illud vbū non cēt po
situ i tex.fm io.an.ididē.q: tūc pcedēt dctū ei° positū in.c.si.
de ꝯsue.i nouel.e.li.sup gl.non igif.vbi vr innueꝛ:ꝙ sufficiat
decēnalis p̄scriptio i ꝯsuetudine fm ius cōe iducta:alias in
troducta.t q: ꝯsuetudo de qua loquif dctū.c.cū de bñficio i
est talis cū oīa bñficia ecclesiastica de iure cōi sint secularia.ic
circo maior pars dñoꝝ declinauit i hanc opinionē vltimā.
vz sufficere i h casu decēnalē p̄scriptionē.p dctū io.an. supi-
us allegatū. t positū in.d.c.si. de ꝯsue. t h verū fm p̄dictos
dños.nisi ex aduerso pbaref istō bñficiū p regulares antea
fuisse gubernatū p.xl.annos.vel gubernandū p eosdē.sic in
sua istōne fuisse istitutū.tūc enī pp mutationē stat° istius be-
neficij bñ astrigeref ipetrans ad pbandū quadragenariā
p̄scriptionē.tū q: fm p̄mū casum p̄ria p̄scriptio regularium
quadragenaria non tollif.nisi p ꝯ̄riā p̄scriptionē quadrage
nariā.vt no.de excess.pla.accedētib°. tū q: ꝫ scdm casū ius
cōe obstat clerico seculari.t sic reqrif quadragenaria p̄scri
ptio.p iura t dicta doctoꝝ ad h supius iducta.fac.c.cuma
na.de elec. t de resti.spo.ad decias.li.vi. t de. q: regulares.
a ꝯ̄rio sensu.de sup.ne.pla. Dñs vo Egidius fuit singula
ris opinionis i hac mā.dicebat enī:sic: ꝙ si clericus secula-
ris ipetraret aliqō bñficiū tanq̄ seculare:vel tanq̄ clericis
secularibus assignari ꝯsuetū:sufficit pbare ꝙ vltimus stat°
fuit secularis:lz non pbef:ꝙ ille status fuerit p.x.annos ob
seruat° dūmō non pbef ꝯ̄riū:vz aliū statū lrīe p̄scriptū pos-
sisse.p q̄ alle.vnā gl.in.c.possessiones.de re.ecc.non alie.rō
nē ei assignauit: q: ibi non agif de mutatōe stat° ipsius reī
ꝫ solū de vsu t statu ipsius vsuoꝝ; solū nō attēdi stat° pos-
sessionis q tūc ē.de sen.exc.si iudex.li.vi.de elec.q̄rela.de iure
patr.ꝯsultatōibus.ff.de offi.p̄si.l.barbari°. ita ꝙ vbū ꝯsue
tō referaf ad solū vsum.vt.C.de epi.audi.l.iii. cū multis si.
lz vbi ageref de stat° mutatōe i p̄iudiciū alterius religionis
ordinis:vel ecclesie:vbū ꝯsueto reciperef p ꝯsuetudie lrīa p
.xl.annos obſuata pp nām mīē: t p̄iudiciū ecclesie. vt i.c.
cū ecclesia.de cā pos.t ppie.t de elec.cumana.t.c.cū eccle
sia vlterana.de offi.arch.cū satis.de iure patr.cura de ꝯsue.
cū dilect°.t de v.sig.abbate.de priui. si de terra. cū multis si.
facit fm cā:q: de iure cōi oīa bñficia sunt secularia: ex co
ꝙ p̄mevus stat° bñficioꝝ ē secularis. cū de bñficio seculari
fiat regulare:t non ecōuerso.fac don.ad apostolice. vt p̄di
ctū ē:t sic dic itelligēdū p̄dctū.c.cū de bñficio. t placuit dñis
hec opinio q̄ ē: t ego credere verā:vbi nullus alius stat° p̄ce
dēs vel subseqns allegaref:nec pbaret:pp assistētiam iuris
cōis:lz i casu i q̄ ꝯ̄ ipetrantē:iuxta formā dicte decre. daref.
de statu regulari p̄cedēte statū secularē allegatū p ipetrantē
ēt si stat° regularis non fuerit p.xl.annos obſuat°:crederē
ipetrantē astrigi ad pbandū statū mediū.s.secularitatis fu-
isse fuatū p.xl.annos:t h meo iudicio innuit multa vba illi°
tex.vz ibi.ēt q̄ ē dictio iplicatiua:si ante vel post.s. statū secu-
laritatis allegatū p ipetrantē religiosi q̄nq: t sic non sp̄ace
p.xl.annos ministrauerit i eodē:lz aliq velit suppleri ad dctū
vbū.q̄nq: t c.ita ꝙ p̄scriptio sit lrīe cōpleta p religiosū aū
vel post.xl.annos i bñficio ministrantē: q ē absonus itellect°.

meo videt. nã si fuisset p'io bñficiũ regulare p. xl. annos: et po stea seculare p. xl. et vltio regulare iteꝝ p. xl. crederẽ vltimuz statũ attẽdi: et p illũ sublatũ mediũ statũ. Nã vt supra decĩ est pscriptio. xl. an. p'ria tollit p secũ 9rria. xl. iuxta no. i. c. accidẽtibus. de excess. p'la. at vbi p'ius stat' bñfici fuisset secularis: si p'io anno ex sua p'meua fũdatõe ẽ mutat' i regularẽ: et obsuat' p. x. vel. xx. annos: ita qꝫ nõ erat cõpleta lria pscriptio: et seqñter iste scd's stat' mutaret et reduceret ad statũ p'meuũ secularitatis: tũc credẽ sufficẽ pscriptionẽ decẽnaleuũ ppt assistẽtiã iuris cõis: tũ qꝛ reo ẽ facili reddit ad nãꝫ suã. xxxv. di. ab exordio. ff. de pac. vn'. Ad mãꝫ vide ber. in. d. c. possessiones et eundẽ. de reli. do. inter quattuor: et per ipsum et Jo. an. de vi. et bo. de. quoniam. et. xviij. q. iiij. peruenit per. Archi.

De rescriptis et cõmissionibus. Rubrica.

¶ Seqñs decisio. h. d. Ubi cã cõmittit qꝫ terminis nõ fuatis: sꝫ sola facti veritate ispecta pceda: seruandi sunt termini. de. sepe. de ver. signi. h. d. XXXIII

Quando cõmittit cã i palacio vt terminis nõ fuatis: sꝫ sola fci vitate ispecta pcedat psit termini subalco: vꝫ ad ponẽdũ: et articulãdũ: et dicẽdũ 9 articulos: et ad pducẽdũ oia: et dicẽdũ 9 pducta fꝫ stilũ et morẽ palacii seruari 9sueti: ad arbitriũ Auditoris abbreuiari: sꝫ totalit' nõ omitti. Aliũ nõ subalco psit omittiita qꝫ tmio ad libellãdũ omisso. pt tmin'. viij. dieꝝ vel. x. ad ponẽdũ et articulãdũ siue ad dãdũ articulos: et ad pducẽdũ assignari ad p'mã diẽ. nã fꝫ io. mo. i. c. si. ẽ bẽt. li. vi. sup vbo. figura. vigore illi' soli' vbi pt iudex icipẽ ab articulis q bus pbatio: statiꝫ pcedet ad sniaꝫ: multo fortius vigore pdictoꝝ vboꝝ q vltra alia. i. de. dispẽdiosaꝫ. de iudi. et i cle. sepe. de v. sig. dẽnt aliqd opari. xix. di. i memoria. et de pui. i bis. et c. si papa. e. ti. li. vi. Ad dicẽdũ vo 9 articulos: pt termin' assignari ad p'mã diẽ: et ad pducẽdũ oia: et ad p'mã vel sꝫ diẽ: et ad dicẽdũ vo 9 pducta: fm multitudinẽ pductoꝝ. Si vo dꝫ pduci testis ex curia: fiat vt ẽ moris. Predcm ãt modũ pcedẽdi iuẽit p'io dñs Urban' papa Quit' ad ponẽdũ ede rẽ finẽ litib': qd vtiqꝫ erit faciẽdũ ne lites fiat imõtales: et ptes fatigent laborib' et expẽsis. de do. et pt. finẽ. de of. or. et lingã tes. li. vi. de resti. spo. freqns. e. li. Dñs vo Egidi' credebat. qꝫ si termini ad ponẽdũ et pducẽdũ obmitterent. dũmõ assignaret ptib' vn' termin' cõis pẽptorĩs ad pponẽdũ: ponẽdũ: et pbãdũ oia q vellẽt i cã: qꝫ pcessus nõ ẽ null' qꝛ tot' stil' et rigor iuris sublat' ẽ p vba expssa i cõmissiõe. Sꝫ qꝛ iste cõmissiones hodie nimis facilit' obtinent: et multa dubia oriebant ex eisdẽ. Jccirco dñi Auditores: de quoꝝ numero ego Guil. tũc eraꝫ: postea fecerũt quandã ordinatõꝫ pcedẽdi vigore cõmissiõis antedicte talis tenoris. Qꝛ nõnulli dubitãtes ẽ mõ pcedẽdi vigore cõmissiõis fcẽ: vt sola facti vitate inspecta: et terminis nõ fuatis vel abbreuiatis pcedat. Ad tollẽdũ igr oẽ dubiũ sic erit pcedẽdũ: vꝫ i bñficialib' et aliis cãs i qb' aliãs de iure cõi sũmarie simplicit' et de plano pcedit: vt pdcã vba si ea oia i cõmissiõe exprimant aliqd operent: si ptes i curia sint psites: omisso termio ad libellandũ: et statiꝫ recepto iuramẽto de calũnia a ptib': qd tñ si tũc õmittit: pt recipi i quacũqꝫ pte litꝫ: ad dandũ positõcs et articulos pdẽtes: termin'. x. dieꝫ ad dicẽdũ 9 articulos ad p'mã: ad pducẽdũ ẽt oia ad p'mã: ad dicẽdũ vo 9 pducta fꝫ multitudinẽ pductoꝝ arbitrarie i p'ria istantia assignet. Jn scda vo et tertia istantiis ad ponẽdũ et articulandũ ad sꝫ diẽ et alii termini: vt sup i p'ria istantia obseruẽtur. Si vo vna ptiũ fuerit absẽs: ita qꝫ i ei' absẽtia p audiẽtiã sit pcessuꝫ vel pcedẽdũ: si i pdicta cõmissiõe de ipsi' absẽtia fiat mẽtio: et pcedit qꝫ facti vitate ispecta: vt sup pcedat: suet mod' pcedẽdi antedict': aliogn oẽs termini palacii obsuẽtur: vt ẽ moris. Si vo vnũ de predcis duob' pcedat i cõmissiõe: puta qꝫ sola facti vitate ispecta: vel terminis non fuatis pcedat: fuẽtur oẽs termini palacii: sꝫ abbreuiẽtur ad arbitriũ iudicis. Jn cãis vo pphanis si cõmittat cã qꝫ sũmarie simplicit' et de plano: et ẽt sola facti vitate ispecta: et terminis non seruatis pcedat. seruet mod' pcedẽdi: vt i cãis bñficialib' sup'adcis: seruata tñ distictione de p̄ntia vel absẽtia ptiũ superi' annotata. Si vo cõmittit cã p

phana simplicit' et de plano. et c. Sed qꝫ sola facti vitate ispecta pcedat: tũc pt pcedi sũmarie simplicit' et de plano et c. oẽs tñ termios palacii i sũmario pcessu seruari 9suetos obsuando: et i nullo abbreuiando. Si vo pcedat: qꝫ terminis nõ fuatis vel abbreuiatis pcedat: tũc oẽs termini i cã pphana fuari 9sueti obseruent: et ẽt abbreuiẽtur ad arbitriũ auditoris. Si vo vtrũqꝫ pcedit: vꝫ qꝫ sola facti vitate ispecta: et terminis nõ fuatis et c. tũc oẽs termini i pcessu sũmarie obsuent: et etiã abbreuient ad arbitriuꝫ auditoris. Que ordinatio fuit fcã Rome anno natiuitatis dñi. M. ccc. lxxx. die. vij. mensis Januarii Pontificatus Sanctissimi in xpo p'ris et dñi nri dñi Urbani: diuina puidẽtia Pape. vi. Anno secundo.

additio. Nulla pcedẽte petitiõe: qꝛ articuli duplici fungunt offõ: tenẽt eni locũ petitionis: et locum facti probandi fm Oldra. in questione. cc. xxiij.

De libelli oblatione. Rubrica.

¶ Jnfrascripta decisio. h. d. Si in libello fit mẽtio de autẽtica scriptura: illa añ lit. 9te. ẽ edẽda. h. d. Uel sic: Actor faciẽs mẽtõꝫ ẽ aliqua scriptura: tenet reo eã petẽti añ rñsioneꝫ libelli si i pmptu hẽat exhibẽ. h. d. XXXIIII

Si in libello actoris fit mẽtio de aliq̃ pruilegio v. l scriptura: sup qb' fundat itẽtio libellantis: fuit dubitatũ. vtrũ ille scripture si petant p reũ 9uẽtũ vt añ oia exhibeãtur: sint exhibẽde añqꝫ re' cõpellat rñdẽ libello. Et lꝫ possent fieri sup h plura argumẽta p et 9. Finalit' fuit 9clusuꝫ p oẽs. qꝫ si actor hẽat illas scriptura penes se: ita qꝫ i pmptu possit hẽri et exhiberi: qꝫ tũc añ oia cõpellit' ad exhibendũ: vt tũc p ispectionẽ eaꝝ re' possit deliberare. vtꝫ velit cedẽ vel 9tẽdẽ: et sic loquunt oẽs leges tituloꝝ ad exhibẽdũ: aliãs nõ cõpellit' illas exhibẽ: imo re' cõpellit' libello rñdẽ: et pcedit' ad vlteriora i cã et i termio ad pducẽdũ oia actor si voluerit eas pducet. Et si fuerit 9tẽtio iter ptes: vtꝫ pdictas scripturas actor hẽat vel nõ hẽat penes se: vel i brevi possit hẽri: iudex pt et dꝫ actori deferre iuramẽtũ. de fi. istru. cũ ioãnes. de iura. calũ. c. ij. li. vi. Hec 9clusio pbat p no. p Jnn. i. c. i. de pba. et p spe. ti. de istru. edic. §. nũc dicam'. v. qd si qs. Quã 9clusionẽ dixit dñs Egidius veriorẽ si scriptura sit talis q̃ dẽat ẽẽ penes 9uẽtũ: vel cui' tenor satis exprimit i libello: qꝛ tũc sine alia pductione satis põt deliberare 9uẽtus: et sic cessat ratio Jnn. terminus enim a stilo statutus est ad producendum omnia.

additio. Dñs Bar. i. l. edita actio. C. de eden. dicit qꝫ aut fit mẽtio ẽ istro enũciatiue: aut p modũ limitatõis. Si enũciatiue vel demõstratiue: tũc nõ fit editio reo p actorẽ ad liberãdũ. Si limitatiue: tũc aut re' dꝫ hẽre copiã illi' istri et nõ fit editio: vt i. l. ij. ff. ẽ edẽ. nec ob. l. postqꝫ. §. si dicis. vt lega. nole. caue. qꝛ ibi fit editio ad sui pbationẽ non ad deliberationẽ. Aut re' nõ dꝫ illud istrm hẽre: tũc hñ dꝫ fieri editio: fm distictionẽ Jnn. dic dñs bal. i. d. l. edicta. i recollectis. qꝫ vbi cũqꝫ re' ex fcã mẽtõe istru. pt reddi dubi'. qꝫ ibi h' locũ dctm Jnn. vbi ãt non põt fieri dubius ibi non dꝫ fieri editio ad liberãdũ: cũ copia istri non fit de suba deliberatõis: sꝫ ptinẽs qntũ ad ius deliberandi. fact. l. vltia. C. de pcib' ipa. offerẽ. et vide hic oino 9siliuꝫ dñi angeli de p'usio positũ i libro paruo tractatuũ et repetitionũ. fol. ccc. lvj. et adde quod habetur i. s. decisione. cc. xiij.

De libelli oblatione. Rubrica.

¶ Seqñs decisio. h. d. Metus excõicationis excusat rñdẽtẽ libello et litis 9testationẽ ipedit maxime si de dicto metu expresse fuerit protestatus. XXXV.

Si quis Jn cã pphana rñdeat libello et lit. 9t. super eo: cui nõ obstantib' exceptionib' datis p rñdẽtẽ. vel aliãs pp ei' ieptitudinẽ nõ erat rñdẽdũ metu excõicationis sibi illate vel cõminate. et ẽ h expsse ptestet: vꝫ qꝫ metu excõicatõis rñdet. et nõ aliãs.

¶ Fuit dubitatuꝫ. vtꝫ ipsuꝫ rñdẽre talis met' excõicatõis excuset: i tñ qꝫ litis 9testatio mõ p'nisso fca hẽr p nõ fca. vel saltẽ sit annullanda exceptõib' obstantib' supradictis. Ad quod dubiũ fuit rñsum distinguẽdo. Aut pdcis rñdẽs ab huiõi grauaminibus appellauit aut no. Si non appellauit

infra debitu3 tpo:l3 cu3 iudex i pmissis grauauerit sic pce dédo:tenebit e valebit ei' pcessus: cu3 non nisi Zius litigatoris aliqd fecerint e sic pcessit. de re iud. cu3 iter. e.c. qd ad psultatos.cu si.p sua ét rñsionéq é fcó suo Zria. vl a sua pdca ptestatóe recedé. o pst.cu.M.o elec.cumana.cu ibi no. R si fio enj libelli iepti valet e t3.sicut dicim'. de rñsióe ad iterrogatós ptis p vt le.e no.i.c.cu.de iur.caliu.l3 non posset seq cõdénatio pp ieptitudiné ipsi' si eét patés.sec' si latés.vt i.c.examiata.de iudi. Q ó credere é vep:si libé e fine coactóe vel metu excõicationis rñdisset. Sed q: hic pp metu iniustu3 put sta tim dicet rñdit.merito debét excusari e sua rñsio i nullo nec pti sue piudicare:ea eni q sút p metu3 rata nó hñtur. q me. ca.c.i.e.ii.e.c.abbas.e.c.ad aures.ff.eodé.l.metu.§.ait ptor. 13 ex q non appellauit:vl iterlocutorie iudicio acqeuisse:maxie:vlteri' i cã pcedédo volútarie p iura supius allegata ad hec sic met' siue coactio p voluntariu pcessu3 purgabit e trãsibit i psensu3.de spon.ad id qd cu si. Si vo pdict' rñdens vel an vel post sua rñsioné appellasset: idubitant iudex gra uasset ipsu3:q met' cã excusasset: e pnúciabit p iudicé appellatiois male fuisse pcessu3 e bñ appellatu:pdict' rñdens ad pbandu3 exceptiones suas rónabiles alias Z libellu das admissus fuisset.ar.cor q le.e no.i.c.vt debit'.o ap. Ró q: h3 met' iuste excõicationis non excuset.vt no.p ber.i.c.cu dilect'.q me.cã tñ iniusta excõicatio é iust' met'.e excusat qué cunq; vt ibi dic Ho.e io.an.e sic loqtur gl. Zria ber.posita in.c.olim.de re.spo. Maxia eni pena é iter hoies pueri sari e bonis carê suffragio.vt.C.de aposto.hij q scim maxie sine culpa.iõ cẽsetur iust' met'.q: qs pro nulla re d3 velle subijci tale e tante pene q: non é maior i ecclesia dei. vt i.c.corripia tur.xxiii.q.iiii. S3 qñ excõicatio iuste pferat cu3 illa sic me dicinalis:d3 cã excõicat' cu3 hoi humiliare e obediétia susti nere e non pténere:e iõ ipsa3 timé non opoztebit:potissime si culpa sua non icidat i talé pena3.ff.q me.ca.si mulier.xxii.q.iii.inf cetera.fm oñm Egidiu3. Ego vo ad vtranq; pté allegatu canoné.sñia pastoris.e.c.nõo.xi.q.iii. Ná vt ibidé appet: ét i.c.sacro.de sen.exc.siue excõicatio sit iusta siue iniusta:sp é timédaer go vtraq; iducit iustu3 timoré q vl excu sari i vtroq; casu.g non vl distictio supradicta. Ad qñ poss3 rñdere q l3 qs excõicatos iustá siue iniustá a suo pastore pro lata débat timé e non pténé:q: non é hó q ligat s3 de' vt in.c. nõo.sup' alle.e ne illa medicia puertatur i venenu:e fiat mortalis.vt i.c.cu3 medicialis.tñ per h non aufert excõicatio remediu3 appellandi.ad h vt cogñcatur de iustitia siue iniusti tia sne excõicatiõis p superioré:vt sic sine difficultate absol uat si é iniusta e pferés puniatur si iusta ad suu3 excõicato ré remittat:vel satisfactóe pmissa absoluat.vt i.o.c.sacro. e.c.solet.e.c.venerabilib'.e.c.romañ.e.ti.li.vi.de rescri.ab excõicato.de of.del.cu3 ptigat.de ap.qua fronte.cu3 si.vel s3 aliqs doc canones nó procedunt i iudice delegato:cui' sñia si sit iniusta non ligat:nec é timéda.iõ é nulla:fm inn.i.o.c.cu ptigat.i fi.qué recitauit arch.i apparatu.i.c.i.de of.del.li.vi. S3 opinioné q ad nullitate non credo vera:l3 q ad iniusticiá bñ e sic credo ab eo appellandu3:ad h q tollat:vt i.c.sacro. e.c.solet.e.c.venerabilibus.e alijs iuribus supradictis.

additio Nó intelligas qñ é iept' eandé ieptitudié q: tuc nó é rndédu nec é lis pstáda sup eo: q: nulla cét. Et iõ dicim' q sp pt talis libell' emédari: q: sp sum' i pricipio.nisi sit pscriptu3.vt.l.accusatur'.ff.de adult. Et iõ sponsiõe pro solute sup iepto libello non prosunt in epto.q: apt' é ali' libell' ab iepto. Uñ oia ó nouo fieri o3.ar. l.iuo ciuile.e q ibi no.ff.de iusti.e iure.fm dominu3 Bal. in.l.edita actio.C.de eden.

alia addictio. Duplex é eni ieptitudo libelli. Una visibilis:vt cu3 dico peto talé ré sacrá:vel dico ago ex nudo pacto. Alia é ieptitudo inuisibilis:vt si peto re3 vt meá non faciédo mentió3 sacra q rea posita appet sacra:vel ago ex pmissione q postea appet fuisse nuda. Et cogñcit ieptitudo libelli ex duob'.s.ex mã e forma:mã libelli pstat ex cã e re:cã facti e iuri puta Zetu e obligatóe:vel cã.s.iuri; tñ puta dñio si g sta h3 i se pso nantiam:libell' est apt'. Si vo h3 i se disso

nantia3 iept' e:vt no.i.l.ii.§.circa.ff.de doli excep.cui' iepti tudinis exceptio pt oppói.qñcúq; ét pt sniaz: tex.singularis est q non est alibi:fm dñm Bal.i.c.cu dilecti.de emp.e ven. Forma át libelli est sic syllogism' :cui' forme maxia ps est cõclusio:vt no.inn.i.c.sup lris.de rescript. Et pt dici q pclusio rite applicata rei e cãe sit forma libelli puetionalis in ciuili. In criali vo ét i coherétia loci e tpis stat forma: cu3 libell' accusatori' sit ipso iure null' si non ptiet loci e tpis l3 re' nihil opponat:nec pt iustificari qd nullu est fm bar.i.o.l.edita actio.C.de eden.sed inn.e io.an.dñt i.c.fi.de purga.cano.q tales circóstantie sunt specificande si re' illas petit specificari:sec' si pcedat:patiat:q3 opinio pcedit de equitate cano.sed de iure ciuili va est opinio dñi Bar.e no.q i dubio libellus psumitur aptus non ineptus.vt no.doc.i.o.c.examinata.

De libelli obla.e de iniurijs. Rubrica.

¶ Infrascripta decisio.h.d. In cã iniuriaz ét ciuilr itétata reqritur specificatio:nõ tñ tãta quáta i obiectib': q sunt magis odiosi.h.o. Uel sic. Libell' i cã criali d3 esse specificatus talr q re' possit certificari: nõ tñ tanta specificatio exigitur quanta in articulis obiectis. XXXVI

Uit dubitatum An i actóe iniuriarũ ciuilr itentata: locu héat lex libellorum.ff.de acc.e i scriptis canoniza ta.ii.q.viii.v3.q i libello e i articulis reqratur tanta specificatio ac e si crialr ageretur. Et videbatur pria facie q sic: q: actio iniuriaz ifamat.de re indi.cu te.cu ibi no.e sic odiosa:s3 pp odiositaté mãe: puta obiectuu i psoná vel formá in cãis bñficialibus reqrit maxia specificatio.vt i.c.vt circa.de elec.li.vi.e i de.pstióne.e.ti.g multofortius in actóe iniuriaz q vl magis odiosa. Preterea si i exceptoib' Z termnu datis Z testes reqrit talis e tãta specificatio vt pferi: q vt le.e no. i.c.expte ade.de testi.e.c.ti.pñtiu.li.vi.q ét l3 pbet:e ppterea testes repellant:tñ pena ordiaria nó puniuntur:nec ifames reputátur:vt i.c.cu dilect'.de oz.cog.i fi. multofortius vl h locu hñe i actóe iniuriaz q ifamat vt pfertur. His non obstátibus determinatu p oés i Zriu ac decñ e pclusu: i actione iniuriaz ciuilr itétata:talé e tãtá specificationé in libello e i articulis non cé nccíam:sed sufficé. q po aduersa possit certificari e testes deponé p q allegabat tex.i.c.tue.de pcu.e no. p inn.i.c.accedés.de pur.can. Idé putauit dñs Egidius & de oi alia actione ciuilr itétata q ifamat ex idétitate rónis: vt.ff.de dolo.l.exigit.e.ff.de iniur.l.pactor edixit.i prin.e ibi bñ de h p bar.ró eni i his oib' é vniformis ne qs admittat ad vagandu i discrimie fame alteri' q hr i duab' legib' p prime alle.s3 talis e tãta specificatio nõ reqrit i pdcá actóe:qualis reqrit directe i actóe crialr itétata:e i obiectib' Z psonas electas:vel eligéndu:vel testiu: q qdé obiect' cu non descédat ex iure pprio dantis:s3 tédát ppe ad repulsa3 aduersarij:vel testiu sunt magis odiosi q vult alijs nocé. e sibi nó pdesse: tñ ét.q: vt plurimu psingunt:e iõ pp psũptioné calũnie statutum é eni exactá specificationé fieri i illis:vt expsse appet i iuribus sup alle. Sec' vo si obiect' cõnt de iure dantis: tunc eni talis exacta specificatio non reqrit:vt in de. pstióne.alle. Aut in casu nro:puta i actóe iniuriaz ciuilr itétata articuli de tali mã dati:sunt de iure dantis: dúmó de ppa iniuria agat.g e c.q: vt dicat articulus de iure ptis:nó solu psideraf an i psoná vel formá alteri' aliqd ipugnádo inciat. S3 psideraf solu.an cã vel ius cópetit agédi vel excipiédi: directe descédat a iure dantis vt pbat expsse de.pstióné.in prin.superius alle. Preterea rogo dic mihi:q qd magis directe pót ius mei respicé:q3 q mea fama e opinio bona pseruet illesa. Ad qd tédit actio iniuriaz cu canon. illu reputet crudelem:famá sua3 negligété.vt.xii.q.ii.nolo.e de accu.c.fi.e potius debemus delectari in odore bone fame:q3 male opinionis:vt in decre.l3 in beato Petro.de accu. ergo pcludédo dicamus sufficere specificationem in actione iniuriarum superius annotatam. e sic semper fuit obseruatum.

additio Ubi Pau.dicit in.§.ceteru3.super verbo circumstantiaru3 q ille cui datus est terminus ad pponendu3 crimina e defectus i satisfacit termino

indeterminate illa ppositõe: sꝫ si peteref declarari deberet · posset declarari post terminū: qꝛ qui declarat non addit. ff. de testa. l. heredes palam. §. quod vero quis.

De iuramento caluīnie. Rubrica.

¶ Sequens decisio. h. d. Procurator in romanā. curia non solum in animam dominī: sed etiam in suam de calūnia iurare tenetur: etiam si pncipalis iurauerit. hoc dicit. cꝫ decisione. xxxix. i. e. XXXVII

Quidam Procurator in romana curia in cā bñficiali appellant a me p eo ꝙ ipsum cōpellebāz ad iurandū de calū. nedꝫ in aiam sui dñi. sed ēt ppriā; cuius appellationi tanꝗꝫ friuole. de ꝯsilio dñoꝝ meoꝝ non detuli: cōminando sibi pe. iaꝫ. c. si. de iura. calū. quā penā; dicebant oēs dñi hře locū in pcuratore nolēte iurare in aiam ppriā: sed dūitaꝫat in aiaꝫ dñi: de quo tñ bñ τ fortiter dubitabāꝫ: qꝛ pene dēnt tenere suos auctores. de hiis q̄ fi. a ma. p. ca. ꝯsuit: sꝫ qcqd fuerit pdcis pcuratorē vidēs motiua dñoꝝ τ ēt doctoꝝ: finaliter nedū in aiam dñi sui: sed ēt in suaꝫ ppam iurauit: τ ꝯstitit caluīnie iuramēm: τ rōnē hui⁹ ponit io. an. τ io. mo. i. d. c. ij. de iura. cal. li. vj. sup vbo ab ipsius. Nā lꝫ dñs pncipalis iurasset, pcurator nihilominus iurare tenef: qꝛ τ ipse calūniare posset sicut dñs ipse ēt si sciat dñm suū hře malaꝫ cām τ velle deierare: ipse deierare non dꝫ: imo in quacūqꝫ pte litis: qua pueniat ad ipsum pcē suam malaꝫ: τ iniquā cām fouere dꝫ desistere τ vlteri⁹ cām non ꝓseq. iuxte ꝯstōnes io. xxij. τ Bñdicti. xij. ac Gregorij. xi. Quā ꝯclusionē cū expsse accusauit Jac. pe. τ Cy. i aut. pncipales. i vlti. qōne. i fi. C. de iura. cal. τ faciūt no. i c. i pertractandis. e. ti. τ de elec. pcu. li. vj. τ i c. pñni. de testi. e. li. τ p Ho. in summa. e. ti. §. ij. circa finem.

additio. Pone ꝙ ego ꝯstitui pcuratorē ad rñdēdū ꝯ iurandū de vītate i aiaꝫ mei dñi. An sit sufficiēs mandati. Et vr ꝙ sic: qꝛ tacite vr inesse ꝙ iuret vitatē: q̄ ei⁹ expssione non vicaf. C. de fideiuss. l. non recte. §. riū τ vc̄p. Cꝫ hec forma mandati ponit aduersariū in difficultate pbationis: nam sp mandans posset dicē dico ꝙ pcurator non rñdit veꝝ: τ p h̄ esset deterior ꝯditio aduersarij q̄ si ipse p se rñdēt: τ ad h̄ bēs gl. notabilē. i. c. i. de proc. i cle. τ fac. ad h̄ qd no. ff. de iudi. i. l. solem⁹. i rōne sui. ff. d iureiu. §. fi. τ l. alias. τ l. seqnti. dꝫ ḡ ēē tale mādatū ꝙ possit rñdē qcqd vult i ꝯiudiciū dñi sufficiat τ ipse dñs posset: vt. l. non solū. τ ibi no. ff. de procura. ita notat dominus Baldus. in. l. si pro cura. ff. de condi. indebiti.

alia addition. Et i c. fi. de iura. calū. p Ho. τ io. an. i. v. sed dicā. sic τ procu. vbi dicit ꝙ procu. iurat i aiam ꝯstitue̅tis de vītate dicēda: τ ēt de ꝯsuetudine romane curie in aiam suam q̄ ē appobata i. c. ij. de iura. calū. li. vj. τ cū bona ꝯscia pt rñdere ca q̄ scit: vel ab alio i dꝫ aias iurauit intellexit vt a cē. de testi. pñni. li. vj. Cyno n̄ placet ꝙ dñs p pcuratorē qz pcu. hꝫ capē iniuī illoꝝ q̄ agit i ꝯsonā ppriā: vt. l. inter stipulantē. §. i. ff. de ver. obl. τ l. q̄cūqꝫ. ff. de act. τ obl. Jtē alia rōne mouef: qꝛ iuramētū dꝫ ꝯstari tactis scripturis: vt pñna euangelioꝝ terreaf. qd non cēnsi dñs cēt absens. Unde vel est ꝯcedēdū ꝙ i aiam dñi absentis non iuref: vel si dicaf ꝙ p aliū iurare possit itelligaf. s. p mistrū τ nūciū q cōcipiat vba in ꝯsonam dñi. ff. d ꝯdi. pe. l. cū q. τ ita ipse dicit. l. ij. i pe. qōne q̄ icepit vltio. C. de iura. calū. Dic ꝙ pt iurari i ꝯsonam dñi τ i ei⁹ aiam: vt i. c. fi. de procu. li. vj. no. i. c. fi. de iura. calū. et. c. ij. e. c. fi. e. ti. li. vj. et bar. exigit ꝙ hēat spāle mandatū ad iurandꝫ in animam domini. vt. l. si quis mihi bona. §. iussuꝫ. ff. de acqui. here.

De appellationibus. Rubrica.

¶ Infrascripta decisio. h. d. Appellat⁹ veniēs ad curiam q̄cūqꝫ proseq pōt appellationē sibi nullatenus intimatam h. d. sm opi. Jo. an. positam in glo. cle. causam. de elec. contra infra decisione. XXXVIII

Quit dubitatum Et sepe in ꝯsiliis positū. Utrū appellat⁹ posset in curia romana proseq appellationē i ptibus interpositam in forma. c. statuimus. de elec. li. vj. si infra mēsem non intimatam: et procedi in vim ipsius appellationis non intimate i absentia appellantis p audiētiam ꝯdictaꝝ vt moris est. Et videbaf multis ꝙ non: qꝛ intimatio vr hodie eē de substa forme appellatōis deuolutiōis causam beneficialē ad curiam: vt i cle. causam. de elec. et qꝛ q̄libet forma dat eē rei: vt. i. q. i. detrahe. et de bapti. c. i. de elec. qꝛ pp. ḡ τ c. maxie si de hmōi prosecutōe et itineris sui arreptōe ad curiam: adūsariū suū appellantē: q forte ipsam suam appellatione iō sibi non intimauit: qꝛ causam suam ad curiam nec deuolui nec ibidē cam agitari voluit: non certificauit: qꝛ verisimilif appellans ignorare potuit: ꝙ adūsarius suus ipm appellasse sciuerit: q̄ quidē ignorantia merito ipm a ꝯtumacia debuit excusari. de sen. ex. si vo q ma. acc. pos. cū i tua. de ꝯsti. vt aiaꝫ. li. vi. videbaf aliqbus hmōi certificationē adeo fore nccīam: ꝙ alias nō valēt processus fact⁹ in eius absentia. s. pdicti appellantis: nisi d nouo citaref: pro q̄ allegabāt. c. cordi. de ap. li. vi. ibi si ap. voluerit τ petierit. et cle. j. d ap. Hiis non obstantib⁹ fuit determinatū p oēs dños quo ad vtrūqꝫ mēbrū: vꝫ appellatū posse proseq appellationē interpositam p suū aduersariū in causa beneficiali: ēt sibi non intimatam ifra mēsem vel post: dūmō d illa faciat fidē coram auditore i romana Curia: nec reqrif aliqua certificatio fienda appellanti: maxie si appellat⁹ ifra mēsem plenā noticiam absqꝫ itimatōe appellantis d hmōi appellatōe hūerit: et idē si post mēsem dūmō ꝯstet de hmōi appellatiōe. Et rō poterit eē vtriusqꝫ dicti: qꝛ si non emanasset. cle. causam. de elec. non ē dubiū ꝙ appellans ire vel mittē teneaf ad curiam per. c. statuimus supius alle. vt si appellat⁹ veniret se defendēt. Mō. c. causam. q d vult hmōi itimationē fieri appellato ifra mēsē emanauit: solū i fauorē ipsi⁹ appellati: ne ꝓtextu ignorantie se valeat a ꝯtumacia excusare: τ sic ipsa itimatio vim hꝫ citationis q̄ ad appellatū: τ artat ipsum ad eūdū τ mittēdū procuratorē ad curiam: ita citat τ artat. c. statuimus. allegatum appellantē ad eundē vel mittendū: sicqꝫ appellans debuit istū casum ꝓuidere τ de illo dubitare: τ mittere procuratorē ad curiam: vt si appellat⁹ velit proseq appellationē: ipe hēt q eū defendēt saltē i audiētia ꝯdictaꝝ: alioqn ad instantiam appellati possit procedi p eandē audiētiā in ꝯtumaciā appellantis: iuxta sp ipibus dicti. c. statuimus. quā qdē appellatōꝫ ēt non itimatā. inuito ēt appellante: appellatus pōt ꝓseq: sm mi. ibidē. τ c. cordi. τ pau. in cle. cam. ante dictā. Rō qꝛ cū hmōi intimatio sit introducta in fauorē ipsi⁹ appellati τ nō appellantis: qꝛ ppum suū factū ignorare nō pt. ff. p socio. l. si. de rescrip. ab excōicato. h̄ i ei⁹ lesionē retorqueri non dꝫ: vt in. l. qd fauore. ff. de reg. iu. p q̄ facit in rōne no. Jan. posita in. c. interposita. de ap. τ in. c. cordi. e. ti. li. vj. hāc ꝯclusionē posuit io. an. i. d. cle. cāꝫ. sup vbo. deuolutis. circa finem τ aliqualiter ipse τ pau. tetigerunt h̄ idē in cle. ꝯstōnē. e. ti. quorum opi. semper fuerunt approbate τ seruate in hoc puncto.

Trū Si appellaf a grauamine vel īterlocutoria añ datōꝫ apostoloꝝ possit iudex ipetrari: ꝛ si de facto impetretur valeat impetratio: ꝛ an possit ipetrar⁹ ꝓcedē in cā añqꝫ ꝑ illū a q̄ fuit appellatū datū fuerit apostoli:ꝛ an si.ꝺ facto ꝓcesserit:ꝛ ꝑ appellatū si fuerit exceptū aliqd teneat ꝓcessus. Quidā tenuerunt ꝙ sic: qꝛ tpe ad ꝓsequēdū appellatōꝫ currit appellanti a die late snie vel a die illati grauaminis:ut.c.sicut.de ap.in de.ꝛ ibi no.ꝫ tpe datōis apostoloꝝ si dꝫ sibi auferri q̄minus interim possit suaꝫ appellatōꝫ ꝓseqꝛ:nec ob.si dicaf ꝙ parti⁹ remaneat adhuc iudex:qꝛ eius iurisdictio est suspensa. Fatemur tñ ꝙ si ille iudex caret grauamē.i.reponeret ptes in ꝑmario statu oia acta ꝑ iudicē sup appellatōe ipetratū essent nulla. Alii ṽo tenēt ꝯtrarium ꝑꝑ maliciā ita subito ipetrantis:vt cito faciat iudicia quo inhibēt: qꝛ cācellaria nō daret auditorē sup appellatōe si sibi fuisset expꝛssum ꝙ penderet termin⁹ assignatus ad dādum apostolos primā tñ opi.credo verā.

De executoribus gratiarum. Rubrica.

Capitulū statuti.de rescrip.li.vi.nō bꝫ locū ī executorib⁹ grāꝝ expectatiuaꝝ.b.d. CCCCCLXV

Trū c.statuti.de rescrip.lib.vi.q̄ ad psonas babeat locū in executoribus grāꝝ.ꝛ an si de facto cācellarius sup gr̄a pauperis uel alias deputauerit:nō in dignitate ꝯstitutū ꝛc.uel forsan simplicē clericū valeat ꝓcessus ꝑ talē executorē fact⁹ sup purificatōe gr̄e pauperis:hāc qōnem habui de facto corā me in cā electeñ. ubi quidā pauperi ipetranti ad collationē epi electeñ. fuerat deputati executores cū illa clausula ꝙ si ñ oēs ꝛc.inter quos fuit vn⁹ executor deputat⁹ sacrista electeñ.de q̄ dicebaf ꝙ ñ bꝫ dignitatē nec psonatū i eccl̄a sua:sꝫ simplex offitiū:ꝛ ē monach⁹ qꝛ ecclesia ē monachalis nec fiebat mētio.ꝺ monachatu corā q̄ paup vna cū quodā alio executore terno se executum te purificauit grām suā:ꝛ ꝑ eū ꝛ illū executorē fuit.de idoneitate paupis inqsitū ꝛ fuerūt facti ꝓcessus ꝛ deputati subexecutores vt mons est:tādē vacāte vna ecclesia cadeñ.sub gr̄a eius ille paup acceptauit ꝛ sibi fecit ꝓuideri opponebaf ꝙ purificatio fcā ꝑ eū corā illo sacrista nō tenuerat:ꝛ ꝑ ꝯñs nec ꝓcessus nec acceptatio nec ꝓuisio inde secuta.ꝓuisio q̄rebaf an bñ diceret ille scōs:ꝛ vr ꝓ scōo ꝛ ꝯ primū:qꝛ curia romana q̄ ad psonas fuat decre.statutū in executōib⁹ gr̄aꝝ:ut no. Jo.an.i nouel.c.statuti.§.in nullo.sup ṽbo.citet.in fi.ꝛ ita expꝛesse dixit mihi dñs penitētiari⁹ ꝛ oēs.de cācellaria ꝙ ñ deputarēt executores sup gratiis nisi psonas ꝛ tales quales regrit.c.statuti.Cū ꝫ stil⁹ cācellarie faciat ius.ar.de ꝯsti.c.fi.de re iudi.i causis.de cri.fal.q̄ꝫ grauī.ꝛ q̄ ꝯ ius sunt ꝑ iectū haberi debēt.de reg.iu.q̄ ꝯ.ꝓcessus ꝓdict⁹ prim⁹ ipetrantis ē null⁹ ꝯserti ꝑꝑ.§.ñ.dicti.c.statuti.iūcta.l.ñ dubiū.C.ꝺ.legi. ꝑ ꝫ ēt de:.ꝛ ñ pricipalis.de rescrip.ꝛ qȯ no.spec.ti.de lega.§. ñ.ṽ.nungd ꝫ in ñ.ꝯserti qñ fuit fcā initio de monachatu.ar. no.ꝑ archi.i.c.stuti.circa pñ.sup ṽbo.canonice. Jtē ꝑ ꝫ facit qꝛ executores grāꝝ pñt sibi assumē ptes iudicii:ꝛ ꝓcedē pro ñ vocata sunt vocata ꝛc.ꝛ bñt iurisdictōs ꝛ pñt fulminare snias ꝛc.supra de.iudices.de offi.dele.cū no.ꝑ Inn.i.c.dudū.ꝺ ꝑ sump.ꝫ necessario ē ꝙ deputenf tales executores quales debēt eē iudices:fm formā.c.statutū.ꝯserti in cāu q̄ deputati sunt sup gr̄a paupis q videntur deputati sup mā iustitie ꝛ ñ dētur līe pauperꝫ: cē iustitie:vt no.gl.i.c.si paup clerici⁹.de ꝑbē.ꝛ ꝑ doc.in de.cū ei quē.de ꝯcē.ꝑbē.ꝫ tales psone obuenirunt deputari quales i līis iustitie deputātur ꝑ.c.statutū.ꝛ ista opi.erāt dñi decan⁹ de bullacio tc̄ ꝑsidēs i cācellaria iustitie.ꝛ guil.bragosa.tc̄ referēdari⁹ dñi pape. In ꝯtrariū videbaf ꝑ prio ꝯ fm opi.dñi Jo.mo.ꝙ.c.statutū.ñ bꝫ locum in executore grāꝝ vt ibi no.in pria pte. Nā solū i iudicib⁹ ꝯputatis adcāꝫ ī executorib⁹ deputatis ad bñficia statuit in ei cōiqꝫ añ illud.c.statuti.qlibꝫ erat capax ꝯmissiōis apostolice nisi eēt ꝓhibit⁹:ꝛ eidē opi.tenuit Eusebi⁹.alias.Gen.ꝛ guil.de mōte lau.i cōiuagan.sedis apostolice.ꝯserti qꝛ dictū c.statutū.est penale:qꝛ in ñ.annullat ꝯ factum.ergo restringatur ꝛ stricte itelligatur tñ i ꝯputati ad cās.de qb⁹ loquitur:ꝛ in terminis suis teneaf.ar.de reg.iur.odia.li.vi. Et ꝑ hoc etiā facit qꝛ gr̄a ē quoddā pncipale.executorē aūt dato ē quod dā accessoriū.vt in.c.si sup gr̄a.de offi.dele.li.vi.ergo no tan

ta excellentia requirit in tali executore qui sic accessorie depu tatur sicut in iudice qui principaliter in cã deputat. presertiz qr inqsitio sup idoneitate facta fuit sine ptis vocatione nec habuit ptentiosaz iurisdictioně exercere: nec tunc fuit oppo situ de sacristia qp non eět dignitas r ět pstabat. de idoneita te psone paupis: quasi ět notoria r papa de alio nisi. de ido neitate nõ curabat. Et erat intentio sua qp si eět idone9 gau deret gřa sua nec pnunciatio sup idoneitate ě necessaria. vt3 no. p doc. in. c. cũ ci qnť. de pces. pben. in cle. Et ět pauper in nulla culpa fuit si recepit executoré sibi datũ i cãcellaria r co ram eo gřam purificauit bona fide. r psertim cũ ille p cano nico se gereret executoré reputaret. r forsan pauper i digni tate constitutum credebat ergo multum est subueniendũ ne ruat pcessus cũ laboret morbo alieno. C. de nã. lib. l. legě psertim ex quo de eius idoneitate pstabat nec ps eam nega bat. nec est sibi imputandũ si nimiũ. de eius sacristie qualita te non inqsiuit cũ sit datus a cãcellaria: r p capace se gerěte credit. ar. l. doli. §. fi. ff. de nou a. psertim cũ tunc de nullius p iudicio tractaret. ergo sibi r cancellarie credě potuit. nec ad exactissimã diligětiã seu curiositatě fuit astrictus. ar. de exer ci. l. fi. §. itẽdũ q ita pcoz. cũ. l. fi. alias pe. §. r si acceperit ð i rě verso. ff. de iur. r fac. igno. nec suam. Nec ob. qr dato qp can cellaria seruaret quo ad psonas executoz decre. statutũ. nõ tñ pp hoc censet qp de iure habeat locũ in hijs cum solũ seqt idoneitatě. vt supra dixi. Itě r si cancellaria non psueuit nisi tales psonas in executores dare seu deputare quales exigit c. statutũ. non tñ seqt qp si de facto alios deputauerit nõ va leat cum multa sint que ět si fieri non debeat facta tñ maněť. alle. l. i. §. biduũ. ff. qñ appel. sit. de regula. ad apostolicã. Itez dato qp cancellaria seruet. c. statutũ. q ad psonas in executo ribus gřatiis: non tñ pp hoc seqt qp eius pena que est in. §. fi. p quě totũ. qð secus agit ãnullat locũ habeat in eis cum pene non sint extendende: sicut ět nec in eis h3 locũ decr. statũ. quo ad citationem faciědã quo ad modũ pbandi: vt ibi no. per archi. in. §. in nullo r Jo. an. in nouel. sup vbo. citet. nec ět ser uat in eis quo ad subdelegatas psonas. qð p3 qr quondie deputant p eos subexecutores ět simplices clerici. vel psby. ergo multominus d3 seruari in eis pena illius. c. Nec ob. qp posset sibi assumere ptes iudicis rc. qr illud est incidenter si apparcat pdictoz. r accessoriũ. s. p quãdã inquisitioně super idoneitate vt gřa que est principalis possit p eos effectui de mandari r ideo quicũqz alias idoneus de iure cõi ět si nõ sit capax pmissionis q ad executionem. vt gřa q est pncipalis demandet effectui cũ non reperiat phibitũ p decre. statutũ que solũ loqt. de deputatis ad cãs non ad gřas exequědas ita ět erit capax istius iurisdictionis accidentalis r accessorie l3 alias si illa p se pncipaliter pmitteret eius nõ esset capax. ar. in simili. C. de iudi. quotiens cum ibi notatis. C. de ordi. iudi. l. penul. cũ cõcoz. Nec ob. qp lře paupez sint iusticie: qr esto qp illud vez sit: non tñ deputant i eis iudicis ad pmissio nes s3 ad puisiões de beneficiis. faciendũ pncipaliter: r hu ius gřa quasi p quodã pparatorio ad inquirědũ de idonei tate: r iõ non h3 locũ in eis. c. statutũ. quod loqt de lřis iusti cie in quibus iudices deputant ad causas principaliter i vel põt dicere qp lře pp tales gře paupez nõ sunt iusticie: cũ scriba tur p eos qbus is ad quě ptinebat puisio alias de necessi tate non erat astrictus puidere: imo tunc magna gřa d3 re putare. secus si ille esset alias astrictus. de necessitate puiděre vt i. c. relatũ. r. c. cũ sm apostolum. de preben. r tũc si p tales puisiones deputarent iudices forsan haberet locũ. c. statutũ. r p ista ptes. s. pro pãsio r p valore suoz pcessum fuerũt oẽs dñi in rota vel maior pars presertim mota equitate. vide su pra. deci. cccxxi. r. cccxxii.

De iure patronatus r tpe vacationum. Rubrica.

Tpš psentandi currit patrono eo ipso qp scire potuit vel debuit vacationez beneficij. h. d. CCCCCLXVI

trum Uacãte bñficio incipiat currě tpš pro prio ad psñtãdũ vel collatoři ad pferědũ a tpe noticie vacatõis in ecclesia sicut ipetrãti currit tpš ad acceptãdũ: vt i cle. cũ ei quě. i fi. vel a tpe scie patroni. vel collatoris: qð vř i. c. qr diuersitatě. i fi. ð pces. pbě. vt no. in. c. ii. de pbě. r. c. l3. de supplen. neg. pla. vel a tpe q sci re potuit. qð vř p. l. fi. circa prin. ff. qs ordo in bo. pos. serue. r no. in. d. c. l3. dñi tenět qp a tpe q scire potuit r debuit pp vbũ negligětia: ac neglexerit. positũ in. d. c. ii. de pces. pbě. r p no. in. d. c. l3. r iõ si epš q scire d3 cũ habeat suã diocesiz visitare a tpe q scire debuerat r potuerat ignorauerit ab illo tpe inci piat eis currere. secus in tali de illo ad quě ñ ptinet visitare: qr alias non tenebat. de vacatõe ingrěda. vide deci. xxxviii.

De cessione bonorum. Rubrica.

Cessiõi bo. ptp iuramětũ ñnũciari. CCCCCLXVII

trum Possit renũciari cessioni bonoz cũ iu raměto vt sic renũciãs p9ea ñ sit audiě dus ad renũciatõ3 faciědã nec possit cedědo bonis euaděre creditoribus: r vř qp nõ: qr talis renunciatio ě p bonos mores: vt ar. no. p Cy. C. q bo. ce. pos. l. vlt. r arg. regule iur. si est obligatoriũ p bonos rc. Itě scdo sic qr p talě renũciatõ3 astringeret ad penã detrusionis carceris. p not. in. l. fi. C. q bo. ce. pos. ex q seqt pño inhumanitas r crudeli tas sine comodo creditoris: qr forsan ibi detrusus debitor i humaniter vexaret r fame forsan moreret pp inopiã. ar. l. nos certis. ff. de solu. nec ex h creditor reportabit comodũ cũ ibi existěs nihil lucrari vel acqreř possit qð forsan ex' faceret r ad pinguiorě fortunã veniens satisfaceret creditori q cũ re nunciatio debitori noceat r creditori ñ psit si teneat cum ex hoc creditor sit caninus r veniat p pceptũ charitatis. arg. ff. de curic. l. fi. ff. de appel. l. fi tñ qr deducit ad illicitũ vel saltim pt deduceř. arg. no. ð pac. qñuis. li. vi. p archi. sup vbo. eterne salutis. Itě tertio seqret qp debitor sic detrusus in carcě non posset audire diuina officia. r ecclesiastica recipě sacra p libi to voluntatis. Nec audire pdicationě ei9 ex q forsan posset deduci ad infidelitatě: g talis renunciatio q posset deducere in periculũ statũ salutis eterne ñ posset vinculare iuraměto. ar. no. p archia. in. d. c. qñuis. li. vi. sup vbo eterne salutis. Item quartũ seqreť dãnũ reipublice. cui9 interest hěre hoies libe ros vt sibi seruire possint. ar. sol. ma. l. i. i fi. r qr forsan eius debitoris seruitio indigebat: ergo in ei9 pniudiciũ tales renũ ciationes ñ possent vinculare iuraměntũ. ff. ad municipa. l. fi. Itě qnto iuraměntũ pniudicat vxori r liberis. qbus ñ poterit debitor necessaria qrere nec ministrare: nec eos alere. ergo rc. ar. l. necare. de libe. agno. ergo ñ possit vinculare iuramě tũ. ar. c. cũ ptingit. de iureiu. Itě vř talis renũciatio astringe re ad quandã specie ppetue seruitutis. r ei9 libertatě infrin gere qp eě non pt. ff. de condi. r de. l. ticiũ centũ. §. ticio. ff. ð lib. ho. exhi. nihil. ergo rc. C. de act. r obli. l. obes. Itě si talis re nũciare ñ valeret seqreť qp ppetuo cogeret debitor remane re excõicatus: qr si p debito excõicaret ñ absolueret donec bonis cederet: vt. c. odoardus. de solu. nunc ãt pp renunciatio ně cedere non posset: ergo rc. hoc ãt videret inductum in salutis aie pniudiciũ: g rc. arg. no. in. c. cũ pting at. de iureiu. r. c. qñuis. supra alle. Itě p h qr sm cõem opi. simplex renũcia tio ñ valet. iuxta no. p cy. i. l. i. C. de his q bo. ce. pos. ergo nec vinculabit iuraměto. ar. l. nõ dubiũ. C. ð legi. Itě vř qp iura měto ñ ob. si cedat bonis: nihilomin9 valet cessio: l3 ceděs ě piurus: sicut dr in simili de iurãte ñ věderc: vt no. Inn. in. c. dilectos. de pbě. vel de iurãte ñ testari: vt no. xxii. q. ii. vl. volun tas. cũ in cessione bo. ñ videat qp sit op9 pditione iudiciali. ff. ð ces. bo. l. fi. Nec ě necessariũ factũ iudicis admittěns vel eã ad admittědũ decernere s3 p se r de se sortit effectũ ex fcõ ce děntis solũ cũ sufficiat pfessio volũtatis. C. q bo. ced. pos. l. iij. sicut in simili sufficit sola cognitio corã iudice bo. pos. nec ět ě opus qp iudex eã decernat. C. q admit. ad bo. pos. l. fi. g si p iuramětũ fiat factũ tenebit. arg. no. p Jo. an. ð re. iu. qp semel. li. vi. In pñũ vř qp qlibet põt renũciare iuri suo: ut. l. si qs in pscribědo. Itě quare p iuraměntũ uel pueñtõz qs posset se co gere uel pstringere ad carcerez: p3 qr talis carcer p debito. solũ d3 esse qdã detentio in aperta r libera custodia. C. de exac. tribu. l. nemo. ex qua ñ põt seq nec crudelitas nec inhu manitas. Itě qr talis esse sub custodia ñ vř nisi tener quoddã ostagiũ: ad qp tenědũ qs põt se obligare: vt extra. ð iureiurã.

c. ex rescripto. cū ibi no. Pōt rñderi q̄ pt renūciare bñficio cessionis p iuramētū: q̄r illud. l. si cedē sit in ptāte renunciātis ergo ꝛc. arg. c. q̄uis. de pac. li. vi. Nec ob. ꝯtriū. p quoꝝ solu tionē sciēdū est: p euidētia q̄ triplex est effect⁹ cessiōis bono rū. Unus q̄r liberat a pena carceris. iuxta no. in. l. ij. de bis q bo. cede. pos. Scḋs q̄r habebit tūc priuilegiū q̄ nō possit ꝯueniri nisi in q̄tū facē possit q̄ ad postea q̄sita: vt. l. is q bo ni. Tertius fm̄ q̄ndaꝫ opinionē q̄r tollit obligatio ciuilis: nālis sola remanente: vt no. ff. de fideius. l. vbicūqꝫ. lꝫ illa opi. mihi nō placeat. q̄r non tollit ciuilis nec nālis: sꝫ eius effect⁹ differt donec facē possit. adhuc tñ plen⁹ no. i. d. l. i. C. q bo. ce. pos. in. ix. q. sꝫ dico q̄ talis renunciatio q̄ nō cedat bonis prodest ꝛ valet in p̄iudiciū renunciātis ꝛ in p̄iudiciū secundi ꝛ tertij effect⁹ vꝫ quodāmō non possit cedē bonis ne gaudeat priuilegio ne ꝯueniat nisi inq̄tū facē pt ꝛ nota q̄ pp hoc nō hꝫ aliq̄ dilationē ne ꝯueniat donec facē possit: imo semper de q̄buscūqꝫ quesitis tenebit insolidū ꝛ non habē ta rōne ne egeat. nec ob. ad hoc. l. aliena. §. eleganter. ff. so. ma. q̄r illud veꝝ in eo cui ꝯpetit priuilegiū tale ob reuerētiā pso ne. secus vbi ꝯpetit rōne ꝯiūctiōis vel alia rōne: vt no. glo. ff. de re iudi. si ꝯuenerit. vel ēt i eo cui p̄uilegiū tale tpe renūciatio nis ꝯpetebat. sec⁹ āt vbi non ꝯpetebat sed ꝯpetitur⁹ erat: q̄r tūc facili⁹ īpediri pt ne ꝯpetat: q̄r multa ꝛc. ar. l. pñe furioso. ff. de his qui sui vel alie. iur. sunt. sicut in simili p argu. iuris ciuilis lꝫ non tollat obligatio nālis: tñ p ꝓhibitionē iuris ci uilis hñ pōt īpediri ne oriat. ff. de donatio. inter vi. ꝛ vxo. l. iij. §. sciendū. ꝛ ita ꝯcor. cū. l. iij. ff. de ꝯdi. inde. ad q̄ ēt no. p Cy. C. de in integ. resti. l. si curatorē habēs. q̄tū vo ad effe ctū p̄mū ne detrudat in carcerē pt dici q̄ nō valeret renun ciatio ēt cum iuramēto vbi p intrusionē sequi possent dicta i cōueniētia vel seq deberent: imo ad tales nō se extēdit. Sꝫ vbi intrusio fieret ex aliqua hūanitate. iuxta. l. nemo. q ex ac. tribu. ꝛ posset ex ea verisimiliter seq ꝯmodū creditoris puta q̄r forsan habebat debitor amicos qui anteq̄ p̄mitterēt eū capi: vel saltē in carceribus diu morari soluerent p eo debi tū vel forsan: q̄r fugere volebat ꝛ sibi. de ꝓpinquo sperabā tur obuentare. Unde totū debitū vel pars solui posset. Uel forsan erat homo vagabundus qui non curabat operari cum esset artifex bonus ꝛ reputatus in certo loco hñ posset operari: ꝛ ex suo artificio lucrari vnde satisfacere posset cre ditori: vel in totū vel in pte tunc crederem renunciationē sibi p̄iudicare ēt q̄ ad p̄mū effectū: ꝛ sic cedendo si posset se libe rare: q̄ minus posset detrudi in carcerē dū tñ ex tali intrusio ne adeo sibi non adimeret libertas q̄ minus posset pcipere ecclesiastica sacramenta ꝛc. saluti aīe sue incūbentia facē ne aliquid salutis eterne p̄iudiciū posset incurrere: nec nimia i humanitas vel crudelitas sequi posset: ꝛ ita stant arg. in op posituz facta. Alio mō possum dicē q̄ renunciatio facta va leat cū iuramēto: q̄r est in eius ptāte non cedere. Nec ob. q̄ oī detrudet in carcerē fateor ꝛ cū dicat q̄ sequunt inconue nientia p̄dicta: nego q̄r si iudex videret q̄ illa inconueniētia sequerent: tūc relaxabit eū: q̄r talis intrusio dꝫ intelligi q̄ fiat ciuili mō. ꝛ ne aliqua crudelitas vel nimia inhumanitas vel salutis eterne p̄iudiciū sequat. arg. ff. de seu. l. si cui. ibi cum dicit. Ciuili tñ mō. Et ex hoc credo q̄ valeat renunciatio ēt simpliciter sine iuramēto q̄r q̄libet pōt renunciare iuri p se i troducto: vt. d. l. si q̄s in cōscribendo. p q̄. l. si. C. qui bo. ce. pos. vbi tacite renunciat bñficio cessionis recipiēdo q̄nquē nalē ꝛc. multo fortī⁹ posset renunciare. p hac faciūt alie rō nes recitate p Cy. in. d. l. i. in vlt. q. nec hoc est ꝯ bonos mo res: q̄r priuilegiū q̄ p talē renunciationē pdit. s. q̄ non ꝯue niat nisi inquantū possit facē nō debebat sibi rōne psone: vt erat in. d. l. alia. §. eleganter. sꝫ alia rōne. ꝛ iō renunciare pt illi priuilegio. Iuxta nota. in. d. l. i. si cōuenerit. de re iudi. Pre sertim cū tpe renūciationis nōdū sibi ꝯpeteret illud priuilegiū sed p cessionē ꝯpetitur⁹ erat. ꝛ iō facilius posset īpediri ne in cipiat ꝯpetere: nec priuilegiū de non incarcerando protenda tur ad aliquē casuz q ēēt ꝯ bonos mores vt p̄dixi. Nec ob. responsio vltima. q̄ si nō obstante renūciatione cedat bonis tenebit cessio: lꝫ periuriū incurrat: q̄r illud ēēt veꝝ q̄ teneret

cessio q̄ ad hōa: vt eoꝝ pderet dñiū a nt possessionē: tñ nō tene ret q̄ ad effect⁹ iuris p̄dictos: quin nō obstante cessione nō posset incarcerari. ciuiliter tñ ꝛ humāo mō ꝛ insolidū ēt p⁹ea q̄sito ēt nō deducto ne egeat ꝯueniri q̄r lꝫ p̄didisset dñiū ꝛ possessio bonoꝝ sit l sua ptāte: tñ nō gauderet dictis priuilegiis ex q̄ renūciauit vel ēt posset dici q̄ postq̄ cessio bonoꝝ remittit. pro q̄ ad p̄ditionē bonoꝝ vel possessionē eoꝝ ēt nō teneret ces sio in p̄iudiciū creditori: vt puta si sint talia bona q̄ nō ēēnt vtilia creditori q̄ forsan possunt vēdi: ꝛ ex eis regidi pecunia ꝛ si creditor haberet vendere vel venditionē bonoꝝ ꝓcurare reminimū deparet vel laboraret vel nō posset ita faciliter repe rire ēptorē: sicut ipse debitor q cessit. Nā certe tūc crederē q̄ valeret nō cessio: imo adhuc esto ēt q̄ alia essent adhuc bo na sufficientia ad debitū exsoluendū: crederem ꝯpellendū iuris remediis ad ex solutionē debiti: vel p incarcerationē vel alias: non obstante tali cessione. ꝛ sic ipsemet eoꝝ distra ctionem faceret vel ꝓcuraret vt exinde debitū solui possit. p pter renunciationē. Nā debitor ex tali facto suo: non dꝫ cre ditori p̄iudiciū generare vel parare. arg. de reg. iur. alteri p alteꝝ. ꝛ non obstat alia rō cum dī q̄ semp remanet habebit. excōicatus si non potest cedere bonis q̄ nego. Nam dico si doceat de inopia ꝛ impotentia soluendi: alias q̄ p cessionē puta p testes vel iuramentū: vel q̄r est notoriū: vel q̄r pōt do cere casu fortuito p quē p̄didit bona sua: est ab excōicationis snia absoluendus. Nā dicta decretalis odoardus. de solu. non exigit aliud nisi q̄ ꝯstet q̄ non possit soluere in totū vel in ptem: quod alias bene ꝯstare pōt p cessionē. Et lꝫ docto. dicant ibi de remedio cessionis. hoc dicunt q̄r ille est vnus modus p quē clare ꝛ faciliter cōstare pt: sꝫ nō negauit. quin si p aliū modū q̄ p cessionē cōstare possit. quin ēt absolued⁹ ēt si bonis non cederet: p̄sertim si cedere non posset obstan te renunciatione vel iuramēto: quare non ob. vbi tñ cedere posset: q̄r non obstaret renunciatio lꝫ ēt si non cederet ꝯstito alias. de impotentia absoluendi eēt absoluendus ab excōi catione: tamen cū veniret ad pinguiorem fortunam bene cō ueniret ꝛ teneret insolidum nec haberet priuilegiū nec cōue niret nisi inquantū facere posset: nec alias priuilegij cessione sic intelligo illum tex. c. odoardus. in fi. secus tamen si cessio nē bonoꝝ fecisset: ꝛ in hoc interdum vtilius est cedere bonis qua vtilitate non gaudet cum renunciauit beneficio cessiōis vide deci. clxxvii. ꝛ ccxi.

De sententia ꝛ re iudicata ꝛ de confessis. Rubrica.

¶ Snia lata in cōfessum quem nō potest valere vt snia va let vt ꝓceptum. h. d. CCCCCLXVIII

Trum si contra reū cōfitentē debitum ante litem contestatā ꝛ nō dato libello p actorem iudex tulit sniam diffinitiuam ꝛ eum condemnauit ad soluēdū talis snia diffinitiua que valere non pōt vt snia saltē valeat vt ꝓceptum de soluendo tenuerunt quasi oēs q̄ sic vt sic actus qui non valet vt agitur valeat vt valere pōt: q̄r hic potius censetur peccatum materie q̄ peccatuz forme: q̄r mā talis confessionis sic ante litem contestatem facte nō est sufficiens ad sniaz sed ad pceptū. arg. l. inutilis. vt vbū ibi positum ꝯdēnis sumat large in pain. sm̄ māz subiectā arg. de verb. sig. c. in his. q̄ dicit vt fiat interpretatio. vt actus magis valeat q̄ pereat. vide supra decisio. cccc[...]

De appellationibus ꝛ cū deuolutionis. Rubrica.

¶ Si a trib⁹ delegatis appellet a grauamine ꝛ vn⁹ deferat alij vel tacēt si censet cā deuoluta. h. d. CCCCCLXIX

Trū si a grauamine fuerit appellatū a trib⁹ iudicib⁹ delegatis i cā p sedē apostolicā ꝛ vn⁹ deferat appellatōi ꝛ remittat cāz ad sedē apostolicā ꝛ terminū p̄figat ꝓse q̄ndū appellatō: alij vo nō deferat vel nō rñdeat cā censeat deuoluta ad curiam. ꝛ ibi debeat terminari vī q̄ nō quasi sit standū maiori pti. de re iudi. ex tribus. ꝛ de arbi. sicut hi. ꝛ quod no. per Inn. de ꝓcura. in p̄ma. In oppositū pp re uerentiam sedis apostolice vī. arg. de appel. c. si duobus. ꝛ vt maius trahat ad se minus. ad hoc quod no. p gl. ꝛ arch.

de iure patro.c.i.in fi.li.vi.et per glo.de conces.preben.fi.c.in fi.et facit.de preben.si a sede.

De attentatis. Rubrica.

¶ Inhibitio facta delegato non potest revocari per viam attentati.h.d. CCCCCLXX

Iudici delegato A papa cōmissū inquirere contra quendam delegatū sup mala administratiōe fuit appellatum ab eo a quodam gravamine ꝑtenso p prelatum.sed iudex post appellationem ante dationem apostolorū interdixit sibi administrationem ne lite pen.administraret ille coram superiore cognoscente.de appellatione petit illam interdictionē revocari antequā attentatam cum ante appellationem fieri nō potuisset talis interdictio.arg.c.venerabilis.de offi.deleg.l.postquā.§.i.ff.ut in pos.lega.et ibi no.ꝑ illam.l.hoc tenebant quidam. Alij vero quasi oēs contra:qr ante dationem apostolorū suspensa fuit ois potestas:ut de appel.c.non solū.li.vi.ergo qc quid fecit nullū fuit.nec ob.l.postquā.§.i.qr ibi in ordinario iudice et qui iam respōderat appellationi et dederat apostolos:et ibi appellatum fuit a diffinitiva et erat iudex ordinarius ad cuius officiū ēt post appellationem multa pertinent.de appel.cum teneamur.et.c.ad hoc.et.c.ꝑposuit.hic erat delegatus cuius ptās expirat post appellationem legittimam vel melius hic non cōstabat an ista interdictio eēt facienda añ appellationem:qr non cōstabat an eēt suspectus de mala administratione. Nec an inquisitio sup hoc facta eēt sufficiēs ad interdictionē faciēdā:et iō nō potuit fieri post:ibi vero cōstabat cautionē fore pstandam ante appellationem quare nō ob.

De clericis coniugatis.

¶ Non sumatur. CCCCCLXXI

Utrum si beneficiatus Cōtrahat mĩmoniū cū minore duodecim an.vacet bñficium in continenti a tpe cōtractus mĩmonij:vel demū post carnis copulā.vide Jo.an.i novel.de cleri.cōiu.c.ij.

De impetrationibus. Rubrica.

¶ Lre arrestate ad instātiā ptis non debent de arrestari & si erāt ipetrate añ cōmissionē cause. CCCCCLXXII

Primo et secundo In data ipetrantibus ad eandem collationem eiusdem bñficij cadens sub gratia acceptandi:secundus in data primo in possessione fuit inductus:et postea cum quodam alio bñficium illud pmutavit in curia romana confectisqz lrīs sup pmutationibus:primus in data fecit cōmitti cām in curia qz sup ecclesia seu bñficio p eum acceptato moturus erat contra eos:et fecit arrestari lrās illius cum quo secundus in data permutavit bñficium:ille tñ petebat illas relaxari:querit an essent relaxande. Quidā dicebant qz sic:qr ex quo erant cōfecte.et expedite añ cām cōmissam p auditorē non poterant retineri.et dicebant qz palaciū semper servabat istā practicā in lrīs retinendis qz ubi lre sup bñficio.de quo litigabat erant cōfecte et expedite ante cām cōmissā:tunc non poterant per auditorem cause retineri:qr cause cōmissio non tollebat ptātē executoris:secus si postquā eā fuit cōmissa impetraret vel ageretur an deberent expediri:qr lz pro expediendo in cancellaria deberent relaxari:tñ eis expeditis debebant quidem auditori reportari.et per eū poterāt restitui:et ita dicebat dñs funior in lrīs que impetrarent ad iudicia:ut de causis in partibus cognosceret:bñ dicebant qz semper poterat retineri:qr ex qo papa cām retinuit in curia eā cōmittendo:et illa cōmissio iam erat auditori cōmissa et pñtata iam advocabat iurisdictionē a ceteris ubi scienter vel ubi ēt.de hoc in cōmissione facta auditori non fieret mentio etiam illa cōmissio debebat potior reputari ex quo pars pñtata.ar.c.ut debitus.de appel.et pserti in hoc ꝑposito quidam dicebāt lrās non fore restituendas:qr iniquum eēt qz ille cum quo secund' in data pmutavit:nō asse queretur possessionem illius bñficij ex quo suum dimisit qd secūd' poterat pacifice cōsequi:et sic cogeret eē quādiu lis penderet sine bñficio seu duo possione. Alij tñ et maior pars tenuerūt qz hoc casu lre erant retinende:vel si relaxarent erat inhibēdum sub pena ne earum virtute aliquid circa assecutionem possessionis innovaret:nec aliqui fierent ꝑcessus:et sup hoc eēt per illum cuius erant lre cautio pstanda:et est rō:qr ex quo primus in data non reperiebat possionem vacuam periculū iñerat ne per illum qui pserim pñdebat potior alio aliqd innovaret.nam forsan si ille semel assecutus esset possionē nunquam vel cum magna difficultate posset eam habere:et iō super erat hoc sibi ꝑvidendū.arg.no.per Inn.ō testi.ve niens.ij.nam et si ut fatebantur pñmi talis possessionis adeptio si eēt facta veniret revocanda tanquā attentatis lite pen. ergo multo fortius ne fieret erat impediendū:qr multa impediunt contrahenda. Nec ob.si dicas qz cū nondum erat in statu inhibendi cum nondum eēt iuratū et deliberatū super libello:qr et si stil' curie haberet qz añ cōsuevit fieri inhibitio:tñ ubi emergere pōt tale periculū bene posset ante inhiberi:ꝑsertim cum ius inhibeat post primā citationem:ut in cle.fi. ut lit.pen.ad hoc etiam faciunt no.per Inno.de appella.significante.vide deci.xxv.

De renunciatione. Rubrica.

¶ Impetratio bñficij cēset surreptitia si impetrans tacet se habuisse bñficiū aliud reservatū et illud resignasse i māib' ei' q nō potuit resignationē admittere. CCCCCLXXIII

Quidam cardinalis Obtinēs quandam dignitatem in quadam ecclesia rōne cuius ad eius collationē pertinebat unū bñficiū auctoritate sua ordinaria illud in curia contulit cuidā capellano pape pñti tunc in curia et collationem huiusmodi acceptanti tandem ille capellanus cum non posset faciliter obtinere pacificam possionem illius beneficij ipsum post aliquod tps renunciavit seu resignavit in manibus eiusdem cardinalis qui auctoritate sua ordinaria admisit resignationem:postea vero dict' capellanus impetravit a papa unum aliud bñficiū.de illo alio sic renunciato seu resignato nullam faciens mentionē querit an valuerit impetratio:vel an ista ultima gratia p papam sibi facta surreptitia censeatur:ex eo qr tacuit aliud bñficiū. Et qdā dicebāt eā surreptitiā:qr renūciatio quā fecerat i māib' cardinalis nō valebat. Nec admissio eiusdē auctoritate ordinarij subsecuta:qr bñficia capellanorū pape reservata erāt tūc p papā:et cū dict' capellan' iā hēret ius in bñficio p collatōē sibi factā cui assensit ēt si nō hēret possionē:ut in.c.si tibi absēti.de pben.li.vi.iō nō potuit resignari nisi i manib' pape vel ei' cōmissarij q solus posset eū invitū destituere cū sit exēptus qcunqz capellanus pape a iurisdictiōe cuiuscūqz ordinarij:qr iō demū pōt auctoritatē pstare renunciationi et corā eo pōt renūciatio fieri q pōt invitū destituere.iuxta notata p Inn.et doc.de renun.qz in dubijs.ergo si nō valuit resignatio adhuc habebat ius in bñficio.lz.n.posset eo privari:qr eam fecit in manib' nō habētis ptātē:et lz ēt in ei' pindiciū superior hñs ptātē.s.papa posset ratificare et admittē renūciatiōē:nec ipse posset resilire nec penitē nec bñficiū repetē:tñ donec ei' ratificatio et admissio subsequat interim hz ius in bñficio et remanet in eo intitulatus. Juxta verā opi.Inn.in.d.c.qz in dubijs.cū ergo papa tpe vitie grē nōdū illā renūciatiōē ratificasset adhuc habebat ius in dicto bñficio nō obstāte illa renunciatione factā in manib' cardinalis auctoritate sua ordinaria et nō apostolica eā recipiētis.et p cōns cū hēret ius in eodē ipse in ipetratiōe alteri' debuit facē mētiōē.ō pbē.si motu ꝑprio.li.vi.Sec' tñ fuisset si ageret.de bñficio in q nō haberet ius i re sz ad rē.de q esto qz qa ipetrās teneat facē mētionē. Juxta notata p Jo.an.in novel.de reg.iu.ignorātia.tñ ei' renūciatio facta in manib' laici vel alteri' ptātē nō hñtis tenuisset:qr facili' renūciat bñficio qrēdo quā qsito.iuxta no.p Inn.i.d.c.qz in dubijs.et p archi.in.d.c.deliberatiōe ꝑvida.ō offi.le.in fi.et in ista opi.ego erā.qdā tñ alij dicebāt contra:qz vitia grā nō foret surreptitia:qr sm eos renūciatio tenuit in ei' pindiciū iuxta no.p hos.i.d.c.qz i dubijs.Sz illa opi.nō approbabat:qr i mo nō tenuit donec eā approbaret ille q hz ptātē:ut.s.dixi.quare hrō nō ꝑcedit.nec sz eos ordinari' potuit eā admittē nō ob.re

seruatiõe bñficio℞ capellano℞: q2 l3 illa reseruatõ afficiat bñficia co℞ q̃ ad ptãtem ꝯferendi: vt nullus possit ea ꝯferre cũ vacabũt nisi papa. tñ non afficit ea quo ad ptãtẽ renunciãdi seu renunciationẽ de eis fiendã admittẽdi. ⁊ iõ fm eos ordinarius poterit admittere. Sed ego ꝫ vt dixi supra q2 ptãs admittẽdi renunciationẽ non ipedit pp seruationẽ solũ sed pp exemptionem. q2 capellani ab omni iurisdictione ordinaria sunt exẽpti. ⁊ iõ q2 ordinarius nõ posset in iudicio cũ muttũ destituere cũ in eũ iurisdictionẽ ñ habeat. ita ñ poterit ei⁹ renunciationem admittere. quare hec rõ non obstat. argu. notabile per Inno. in. d. c. ꝙ in dubijs. ⁊ ideo prima opinio videtur verior. vide decisio. cccxcviii.

De officio delegati ⁊ fide instro℞. Rubrica.

¶ Creditur in littere sigillate sigillo executoris cum iuramento partis. h. d. CCCCCLXXIIII

Trum credatur Executori testificãti sub sua lra sigillata sigillo suo illum sup eius gr̃a fuit deputatus executor acceptasse. Quidã dicebãt ꝙ non: q2 ñ testificaf de facto suo sed de alieno. s. impetrantis. tñc. n. credif lre ⁊ sigillo executoris cũ testificaf. de facto suo siue de his q̃ sibi fuerũt cõmissa. vt puta ꝙ puidit vel eum fecit recipi. ⁊ eũ in possessionem induxit. Iuxta notata per Cõpost. in. c. capitulum sancte crucis. de rescrip. ⁊ fact. l. magis puto. § ne ini in glo. sup ṽbo. viatorem. ff. de rebus co℞. q̃ sub tuto. vel curato. sonet tñ maior p̃s tenuit ꝙ satis credi d3 saltem cũ iuramento partis. q2 satis acceptatio q̃ cõiter interdũ ꝯsueuit fieri ante executionẽ est. de circumstantijs negocij sibi ꝯmissi cũ sit necessaria ad puisionẽ faciendã p eum ⁊ satis vicina mãdato. fact. ff. iudica. sol. iam tñ. § ꝙ tñ. Pro h̃ q2 credif litis executoris p modũ actoris ꝯfectis designatis loco ⁊ tpe. de ⁊ sup appellatione p ptẽ interpositã. vt p eã cã ad curiam. ꝯuoluaf. vt notat Cõposto. de elec. statuimus. in. iii. colũ. § itẽ queritur. de modo probandi. vide supra decisio. cccxcvi.

De iure patronatus. Rubrica.

¶ Ualet collatio facta ab eo qui est in quasi possessione iuris ꝯferendi sicut ⁊ pñtatio. CCCCCLXXV

Trum sicut Presentatus p eum q̃ ẽ in pos̃sione pñtandi ñ sit institutus d3 remanere ñ obstante ꝙ postea euincatur ius patronatus ab ipso pñtante ⁊ declaref ipsum ñ fuisse patronum. Iuxta. c. ꝯsultationibus. ita ẽ si sit in ꝯferẽte seu in eo qui existens in pos̃sione ꝯferendi ꝯtulit. qui tñ re vera ñ habebat ius ꝯferendi. Quidã dicebant ꝯñ. q2 cũ collatõ sit canonica istitutio defecto ñ iure ꝯferẽtis detegif nullitas collationis. ⁊ p ꝯñs apparet eum non habẽ canonicã instõz ꝙ secus est in pñtato. q2 ille nõ tñ recipit ius a pñtante. imo potius ab instituente de q̃ ꝯstabat ꝙ habebat ius istituẽdi: quare poti⁹ ius h3 q̃ ille cui ñ bñfo ius ꝯferẽdi ꝯtulit: l3 esset in pos̃sione ꝯferendi. sed oẽs tenuerunt ꝫ. q2 cũ ꝯferre sit fructus iuris ꝯferendi. q̃ bone fidei possor talis iuris si ꝯferat facit fructus suos. Pro ho calleg. de cau. pos. ⁊ ppie. cũ olim. ⁊c. q2 pp offm publicũ rõne cuius erat in pos̃sione ꝯferẽdi q̃diu tollerabaf in eo eius facta tenent. argumẽ. l. barbari⁹ philippus. ff. de offic. presi. iuncta no. in. c. nihil. per Inno. de elec. ⁊ de sen. ex. si vero. pro hoc no. in. c. in litteris. de restitu. spolia. per Innocen.

De prorogatiõe tpis ꝯsecrandi epi. Rubrica.

¶ Si epo prorogaf motu pprio tpis ad se ꝯsecrari faciẽdũ tpe prorogato durante retinet priora bñficia: secus si ad ei⁹ supplicationem. h. d. CCCCCLXXVI

trum episcopus Cui prorogatum fuit tps infra ꝙ debebat se facere ꝯsecrari. nihilominus lapso tpe iuris ꝑdat sua bñficia: vel an ea teneat vsq3 ad tps prorogatũ. Dic an proprio motu papa sibi proroget: ⁊ tũc retinet an ad supplicationem eius ⁊ tunc non. vt notat Io. an. ⁊ Inn. in. c. cum in cunctis. de electio.

De prebendis ⁊ optationibus. Rubrica.

¶ Qui non h3 ius in minori prebenda non potest optare maiorem. h. d. CCCCCLXXVII

trum in ecclesia Ubi sunt p̃bẽde minores: medie ⁊ maiores. ⁊ fm ordinem receptionis antiqui canonici possunt de minori ascendẽ ad medias: ⁊ de medijs ad maiores si vnus qui primo erat receptus in canonicum ⁊ auctoritate capituli ad preces imperiales obtinuerat. de facto vnam p̃bendam minoris vacantẽ p capitulũ sibi collatam q̃ magno tpe tenuit bona fide. ⁊ iusto titulo ascẽderit ad vnam mediam postea vacañ. ⁊ dimisit primam minorẽ: ⁊ postea superueniente quodã apostolico impetrãte gp̃ primaz minorem q̃ impetrauerat infra tps debitũ: ⁊ alias canonice acceptauerat: ⁊ sibi obtinuerat puideri: ⁊ declaref ip3 apostolicum habuisse ius in illa minori: ⁊ sibi adiudicaf: ⁊ illum alium ad eam ad preces imperiales receptum nullũ ius habuisse remanere debeat ille imperialis in illa media ad q̃ ascendit: vel vtrum si sequens eum in ordine receptiõnis illã eandẽ mediam optauerit: ⁊ dimissa minore q̃ alias iuste tenebat ascenderit ad eã: debeat esse potior in eadẽ: ⁊ videbaf quibusdam ꝙ primus imperialis sit potior in media ñ obstãte ꝙ non habuisset ius in prima minori ex quõ eã tenuerat ⁊ possederat bona fide. quare fecit fructus suos. ⁊ iste ascensus vĩ qdam fructus. argu. c. ꝯsultationibus. de iure patro. Pro hoc allegaf. l. barbarius philippus. ⁊ que Inn. in. c. nihil. de electio. Pro hoc in spãli allegabif vnus tex. q̃ vĩ pbare ꝙ sola possessio dat titulum in bñficialibus. c. si a sede. de p̃ben. li. vi. Pro hoc in spãli allegabitur. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ex auro. cum. l. seq. ad trebel. facta. § si heres. determinatum tñ fuit ꝯtrium: q2 ex quo non habebat titulũ canonicum in prima minori nõ posset habere in scõa media. q2 in ecclesijs vbi h3 locum optio vel ascensus seu permutatio p̃bẽda℞ fit transitus. de vna ad aliaz absq3 nouo titulo: ⁊ absq3 noua prouisione vel collatione in virtute puisionis seu tituli habiti in prima. iuxta notata per Archi. ⁊ Joã. mo. in. c. cum in tua. de ꝯsuetu. li. vi. Si ergo canonicus titulus nõ habetur in prima non põt habere scdam: alias sequeref ꝙ ecclesiam sine canonico titulo obtineret. quod ius non patif. p hoc q2 vbi ꝯñs fundaf in aliquo antecedenti sublato antecedenti tollif ꝯñs. bene facit. ff. de pac. si cunctis. si cum re. de accusatio. ad petitionẽ. Pro hoc. l. eqi. ff. de excep. rei iudi. p hoc inducebaf. l. qui liber. §. ⁊ hec ṽba. ff. de vulg. ⁊. l. ex facto. § si. co. ti. licet illa aliquantulum videanf obstare. sed ñ obstat si bñ attendaf. Pro hoc allegatur. ff. de in diem adiectio. l. ii. ⁊. l. vbi. § sed marcellus. ⁊ ff. de edili. edic. l. i. § ii. ⁊. l. cũ aũt. §. cum rediref. p hoc q2 resoluto iure fundamẽti resolutur fundamentum. de pig. l. vectiga. ff. vt lega. nomi. caue. l. ii. § si si quis sub conditione. ⁊. § qui minorem.

De restitutione spoliato℞. Rubrica.

¶ Expressio conditionis que tacite inerat in tradendo possessionem non facit possessionem conditionalem nec p̃iudicat agenti possessorio nec suspendenti petitorium aduersarij. hoc dicit. CCCCCLXXVIII

Uidam expectãs Apostolic⁹ acceptauit p̃bendam ⁊ fecit sibi prouideri: ⁊ in possessionem induci ⁊ prius inductus ⁊ ad eam receptus fuit sub cõditione si de iure sibi deberetur: ⁊ saluo iure cuiuslibet alteri⁹: ⁊ non alias postea quidam ordinarius eodem modo receptus fuit: ⁊ in possessionem inductus primus reputans se spoliatum agit possessorio petens se restitui ⁊ suspendit petitorium: secundus ordinarius qui possidet dat de iure suo: ⁊ de non iure apostolici primi dicitur sibi per apostolicum ꝙ non potest: nec eius articuli sunt admittẽdi obstañ. suspẽsiõe petitorij: q2 illi articuli concernunt petitorium. Ordinarius respondet ꝙ imo potest ⁊ ꝙ eius articuli sunt admittẽdi: ex quo ipse apostolicus non habuit possessionem puraz sed sub conditione si de iure sibi deberetur: ⁊ saluo iure alterius. ⁊ ideo cessante illa conditione non possidet. ⁊ ideo ei⁹ articuli concernunt petitorium per quos detegeref non ius actoris: ⁊ per ꝯñs ñ habuisse possessionẽ deficiente ꝯditione

sub

sub qua eã adept⁹ fuit cũ sint exclusorij possessorij p cũ intentari sunt admittẽdi. q̃rit nũqd bñ dicat ordinarius. Et ẽ dicẽdũ q sic: qꝫ possessionis traditio ꝛ receptio posset acqri ꝛ fieri sub ↄditiõe: vt. ff. de acqren. pos. l. si tibi absenti. §. i. de resti. spo. oli. qua deficiẽte nihil acqrit ex tali actu ↄditiõali: vt ibi. Pro h bñ facit notabilit p Jo. an. i nouel. de electio. c. h. li. vi. sup textũ i magna gl. q̃ ẽ sup v. electio. ꝛ ẽ penult. sed potius vi dicẽdũ ↄ. Quia dicta ↄditio ĩbẽbat actu: ꝛ erat ḋ substãtia ꝛ nã sua. ꝛ iõ nõ vi q suspẽdat acqsitionẽ possessionis. ar. l. ↄditiõeꝫ. §. extrĩsec⁹. ff. de ↄdi. ꝛ demõstra. ff. de leg. i. l. iij. cum concor. lꝫ in euentu resoluatur. vide j. decisi. dxcj.

De rerum permutatione. Rubrica.

¶ Non valet permutatio facta sub conditione si placet patrono. h. d. DLXXIX

Quidã Renũciauit ex cã pmutatiõis sub ↄditione si p̃rono suo placet. q̃rit vtꝝ si p̃rono displiceat nihilominꝰ valeat renũciatio. Et ĩ q sic: qꝫ illa ↄditio videret nõ posse adijci ꝛ eẽ de iure reprobata cũ dẽat renũciatio eẽ pura. ar. notabile. i. c. ex pte. de offi. deleg. sup vbo. oẽs. ꝛ sic conditio inutilis videtur reijcienda valente renunciatione. argumen. notabile in. l. per seruum. ff. de vsu ꝛ habi. Credo tamen contrarium per no. per Joan. andre. in. c. in electionibus. de elec. libro sexto. super verbo. electio. in nouella.

De officio ordinarij. Rubrica.

¶ Mortuo papa lꝫ expiret ptãs vicarij nõ tñ expirat licentia per ipsum vicarium data alicui de celebrando in domo sua. h. d. DLXXX

Camerarius Pape ꝛ vicarius ecclesie Romane. ↄstitut⁹ a papa tenẽte ꝯpatũ ad manũ suã q̃diu sibi placuerit volũtati ↄcessit alicui liniam de celebrãdo i domo sua. q̃rit nũqd talis lnia mortuo papa expiret cũ expirat eius vicariatus. ar. c. si gr̃ose. de rescrip. li. vi. Et ĩ dicẽdũ q nõ: q gra fuit gr̃a ꝛ sic mãsura donec reuocet durãtẽ tñ cã quare ↄcedebat: g nõ dꝫ morte ↄcedentis reuocari. ar. c. sup gr̃a. de offi. deleg. Pro h ẽt bñ facit qꝫ licẽtia rectori data p epm de residẽdo nõ expirat p morẽ epi: vt notat p arc. de elec. lꝫ canon. ꝛ ibi p Jo. an. in nouel. super ver. gratia. ꝛ c. nemo. e. t. facit cum ↄcordan. illis. ff. de arbi. q causa. §. solum. qui ita concordat cum. l. si cum dies. §. si inter. co. ntu. posset induci. l. q dicetur. de testa. mili.

De iure patronatus. Rubrica.

¶ Permutatio de bñficio qd p̃se obtulit dimissurꝫ si aliud vtute expectatiue assequatur tacita tali oblatiõe facta ẽ surreptitia. h. d. CCCCCLXXXI

Papa Reseruauit bñficia vacatia p assecutionẽ alterius bñficij auc̃te apostolica obtẽti h supposito aliqs impetrauit a papa gr̃am expectatiuã ad collationẽ talis epi ꝛ obtulit dimissurꝫ se bñficiũ qd tpe iṗetratiõis huius obtiebat cũ vtute dicte gr̃e foret aliqd bñficiũ pacifice assecutus. Jnterim anq̃ꝫ vtute illi⁹ gr̃e aliqd bñficiũ fuisset assecut⁹ vult pmutare illud bñficiũ qd obtiet ꝛ se obtulit dimissurꝫ. q̃ritur an possit illõ pmutare: vel corã ordiario vel corã papa tacito de p̃missa oblatiõe ꝛ dimissiõe faciẽda post assecutionẽ. Quidã dicũt q p̃t illõ pmutare ẽt ḋ h nõ fcã mẽtiõe: qꝫ hꝫ ius i bñficio: g p renũciationẽ fcãm ex cã pmutatiõis vacabit: ꝛ poterit alij ↄferri: lꝫ eo pmutato i vtute gr̃e sue non poterit assequi aliqd aliud bñficiũ: qꝫ nõ posset iplẽ qd obtulit pape. s. se dimissurꝫ bñficiũ qd tũc tenebat: qꝫ ex q̃ illõ pmutauit nõ poterit illõ vltꝰ dimittẽ nec papa illõ ↄferre quasi int ipm ꝛ papã fuerit quasi q̃dã ↄuẽtio inouata: do tibi seu facio gr̃aꝫ vt dimittas ꝛ iõ cũ nõ posset iste ↄuẽtionẽ iplẽ ex pte sua: nec poterit gaudẽ gr̃a pape ↄferri ex q̃ p eũ fcm̃ ẽ q̃ minus possꝫ implẽ mẽte ẽt qꝫ si possꝫ gaudẽ gr̃a sua possꝫ illudẽ papã g voluit de illo q se obtulerat dimissurꝫ libe disponẽ. Jtẽ ẽt possꝫ ille pluralis eẽ i bñficijs ↄ itẽtionẽ pape g noluit illũ eẽ pluralẽ. ꝛ iõ voluit qd p̃rius obtẽtũ dimittere teneret q post pmutationẽ de illo bñficio fcãm amõ facere nõ p̃t: ꝛ aliud obtẽtũ ex cã pmutatiõis de papa nõ afficit nec sue dispositiõi reseruat retinere poterit cũ obtinẽdo vtute gr̃e sue si alias cũ eo cẽt cõpatibile: ꝛ sic illuso papa obtieret plura bñficia con

tra eius volũtatẽ. Alij dicũt q valebit pmutatio: sꝫ obtẽtũ ex cã pmutatiõis qd ẽ loco alterius subrogatũ dimittere tenebit: sicut illõ tenebat ꝛ de eo papa vtute reseruatiõis disponere poterit: qꝫ qd subrogat loco alteriꝰ vice illius fũgit: vt. l. si donare. ff. de dona. int vi. ꝛ vxo. ꝛ ar. l. cũ g. §. si iniuriaꝫ. ff. si qs cau. Alij dicũt q nõ valet pmutatio in effectu: qꝫ lꝫ teneat de p̃nti resoluet tñ i euẽtũ: qꝫ vtute dcẽ gr̃e ipetrãs iste aliqd bñficiũ assequat: qꝫ tũc purificabit ↄditio p̃dcẽ oblatiõis fcẽ de dimittẽdo: ꝛ reseruatiõis pape fcẽ de eodẽ bñficio dimittendo i euẽtũ illũ: ꝛ sic retrotractiõe fcã appebit retro illõ bñficiũ fuisse reseruatũ quasi subitacuisset reseruationi: g ↄsiter ipm non potuisse h tacito pape libe pmutasse. ar. auct. res q̃ ea. C. cõia. de leg. ꝛ ar. l. potior. §. q sub ↄditione. maxie attẽta clausula volumus ãt ꝛc. quã papa cõit apponit in lr̃is pmutationis per quã appet q non vult maius ius q̃ri ei cũ q̃ fit pmutatio q̃ꝫ cõpeteret pmutãti. Nec ob. si dicas talẽ retrotractionẽ non posse fieri postq̃ꝫ p pmutationẽ fuit alti ius q̃situ. arg. de rescrip. c. q̃uis. ꝛ c. si p te. li. vi. qꝫ ibi. s. i. c. q̃uis. non ẽ aliqua rõ fiẽda retrotractionis i p̃iudiciũ eius cui fuerat iteriꝫ ius q̃situ: qꝫ ille cui fuit ius q̃situ illõ obtinuit auc̃te eius sub cuius dispositione erat ius distribuere. ꝛ i. c. sup te. h fuit q̃situ ius alti pendente ↄditione vel euentu eius: auctoritate eius g poterat p̃mã ↄcessionẽ ↄditionalẽ reuocare: vt notat in. d. c. sup v. si ad id. hic secus qꝫ ipse pmutãs non poterat reuocare oblationẽ quã de dimittendo pape fecerat. Nec papa expediendo pmutationeꝫ de h fuit certificatus: ꝛ sic expeditio permutationis fuit surreptitia seu nũc retro apparet fuisse.

De iure patronatus. Rubrica.

¶ Jmpetratio fcã de bñficio tãq̃ꝫ curato ꝛ dignitateꝫ hñte valet ẽtsi repiat q ñ sit dignitas vel curatũ sed simplex offĩm vel bñficiũ. h. d. CCCCCLXXXII

Quidã Obtinuit gr̃am de quadã sacristia. Jn quadã ecclesia quã ipse asseruit eẽ dignitateꝫ. Et postea appet q re vera sacristia illa i ecclesia illa non est dignitas sed simplex offĩm. q̃rit an eius gr̃a sit surreptitia. Et vĩ q sic: qꝫ successit falsũ. g ꝛc. ar. c. suscepti. de rescrip. lib. vi. Nã expssio falsitatis etiã si non esset talis q̃ mouisset ad ↄcedendũ vitiat lr̃as gr̃osas: vt i. d. c. suscepti. Nec i lr̃is bñficialibus locũ hꝫ decreta. sup lr̃is. de rescrip. q̃ loqt i lr̃is ad lites: non i gr̃osis ad bñficia: vt notat gl. de preb. si motu. li. vi. sup v. tacerẽt. i fine. p̃serti qꝫ ꝛ si distictio illius decre. sup lr̃is hẽret locũ in lr̃is gr̃osis ad bñficia: etiã p̃t dici q hic est expssa falsitas ꝛ omissa vitas q̃ mouẽ potuit p̃ncipem ad ↄcedenduꝫ ꝛ si vitas fuisset expssa etiã forsan fuisset motus ad ↄcedendũ: qꝫ aliqbus psonis ↄuidendũ est de dignitate qbus non esset ↄuidendũ de simplici offõ aut administratione. ar. decre. de multa. de pb. l. ꝫ. n. q dignus maioribus sit dignus minoribus. s. cũ maiora illa ꝛ miora sunt eiusdẽ qualitatis: non tñ vbi sũt diuersaꝝ qualitatũ vt dignitas ꝛ offĩm. Naꝫ aliq solẽnes viri ꝛ eminentis scie vel magne nobilitatis: ꝛ generositatis sunt boni ↄ vna dignitate q forsan hꝫ magnas ↄrogatiuas vel forsan iurisdictionem q non essent boni p vno offõ vel administratione vbi opus est etiã bono administratore vel negociatore sacrista ꝛ tpali. ꝛ sic de singulis. Pro hoc etiã q gr̃a sit surreptitia: facit q lꝫ expssent qualitatem maiorem: non tñ sub eius gr̃a venire dꝫ qualitas minoris. ar. c. cũ i illis. ꝛ c. cui de non sacerdotali. §. i. ꝛ. §. si. de pb. li. vi. Pro h etiã qꝫ p̃sumit dolose expssisse falsũ in dubio. lꝫ. n. i dubio q non p̃sumat dolosus: nec dolus nisi pbet: vt. l. q̃ueno. §. qui dolo. de pbatio. tñ i istis ipetrationibus expssio vel omissio tacende vel exprimende qualitatis vel circũstan. p̃sumitur in dubio fieri dolose. ar. not. p Jnn. i. c. dilectus. de rescrip. sup v. viribus carere. circa p̃nci. ibi cũ dr̃ p̃sumit. n. dolose ꝛc. ergo non valent. ar. c. sup lr̃is. supradicti. ꝛ pmissas rõẽs qdaꝫ tenuerũt. Alij tñ cũ qbus ego erã tenebãt ↄ̃riũ: ex q̃ ipetrabatur certũ corpus bñficij vacan. ꝛ ↄstabat de corpe beneficij i petrati ꝛ psona ipetrãs supponebat idõea ad vtꝝqꝫ: ꝛ ad officiũ ꝛ dignitatem: ꝛ ideo falsa demonstratio non dꝫ vitiare gr̃am. hec. n. qualitas dignitatis videsse adiecta gr̃a demonstrationis: g eius falsitas gr̃am non vitiet. ar. l. falsa. C. de cõ

di. & demóstra. p h̄ ét q: ex q̄ ponit̄ ipetrás idoneus ad vtrāq; quia ét pnceps ɔcessisset offm qd̄ ē min⁹ cui ɔcessit dignitatē qd̄ ē plus seu ɔcedē debuisset: q: quē reputauit dignū maiori reputasset vtiq; mio2i: & iō ex q̄ gr̄a demóstratiōis expressit qualitatē maiorē q̄ potius retrahē poterat papā a ɔcedēdo nō nocebit sibi ex q̄ ɔstat de co2pe bn̄ficij: lz sit mio2 qualitas qua expssa pnceps ét sibi ɔcessisset. ar. de i. c. sup l'ris. nec vr fecisse dolose i dubio ex q̄ expssit qualitatē potius pncipē retrahētē: & p ista satis pz solutio ad ɔ̄ria. Nā non ob. c. suscepti. nec qd̄ di. i. d. c. sup l'ris. nō hēre locū i bn̄ficialibus l'ris gr̄osis vbi exp̄ssio falsitatis ét q̄ pncipē nō moue vitiat rescriptū: vt i. d. c. suscepti. q: dico illō verū vbi exp̄mitur falsitas gr̄a taxatiōis vel limitatiōis g̃re rei vel modi ipsius q: tūc non vēiat alia res vel ali⁹ modus nō exp̄ssus ét si pnceps illā rē vel sup alio mō seu fm̄ gr̄am ɔcessisset: & sic loq̄t̄ dictū. c. suscepti. & c. cui de non sacerdotali. Et ita ét credere ē de l'ris iusticie vbi adiiceret̄ falsitas gr̄a taxatiōis vel limitatiōis: q: ét tūc nō ɔtiebit̄ aliō lz illō si fuisset exp̄ssum ét fuisset ɔcessū. ar. notabile p Inn. i. d. c. sup. i gl. sup v. i cōi forma. vltra mediū ibi & notat q̄ generalit̄. Sec⁹ āt vbi exp̄mit̄ falsitas gr̄a demōstratiōis: q: tūc credo q̄ distictio illi⁹. c. sup. locū hz etiā i l'ris gr̄osis & bn̄ficialib⁹: & distiguat̄ an exp̄ssio falsitatis illi⁹ mouē potuerit seu debuerit pncipē vel non: & vtrū p simplicē ignorātiā sit fcā exp̄ssio an dolose: vt si nō fuerit mot⁹ pnceps seu moueri nō debuisset ad non ɔcedēdū pp exp̄ssionē falsitatis fcām pot⁹ p simplicitatē vel ignorātiā: sicut hic i fmis nr̄e q̄ōnis nihilomin⁹ valeat gr̄a nec falsa demōstratio eam vitiet: alias vō sic. Facit i ar. p pmissa distictiōe a cā taxatiōis vel demōstratiōis ɔco2dia iurm̄. ff. de vino tritico oleoq; lega. cū cert⁹. & l. ex eo. & de leg. i. qdā i testō. & l. si fun⁹. §. qui vō. Nec ob. q̄ p̄sumit̄ exp̄ssio falsitatis fcā dolose. ar. not. i. d. c. dilect⁹. de rescrip. p Inn. q: nō ē verū q: exp̄ssit hic qualitatē pot⁹ pncipē retrahētē: ubi vō exp̄meret qualitatē potius iducētē: & omittebat seu taceb̄at pot⁹ retrahētē: & ita non ob. i dubio. n. dol⁹ non p̄sumit̄: vt ɔcl. l. q̄tiēs. §. q dolo. vide decisio. ccxi. & cclvij.

De gratiis. Rubrica.

¶ Gr̄a ad p̄uisionē capituli & canonico2 ɔiūcti vel diuisim non extēdit̄ ad beneficiū ptinens ad dispositionem vnius ex canonicis ratione p̄bēde qd̄ optinet in ipsa ecclesia seu extra eam. h. d.

DLXXXIII

trum Ordinarius cui epūs dedit ptātem cōferendi beneficia possit conferre dignitates dato q de eis nō fit spāliter data ptās et fuit dictum q sic.qr hoc casu beneficij nomen large sumi dz cum sit mā ambiciosa.ar.de ver.sig.ita.de prebē. nudus.li.vi.cū ibi no.et per Jo.an.circa prin. sup vbo. bñficia.
¶ Vicarius epī hñs ptātem dispensandi in oibus casibus in quibus poterat episcopus dispensare non poterit dispensare super casibus postmodum cōmissis eidem epō. et dispēsatio cōmissa ꝯscie epi nō pōt per ipz alteri delegari.h.d. III

Piscopus Constituit vicarium suum cui dedit latissimaz potestatem et inter cetera capitula dedit sibi ptātem dispēsandi in oibus casibus in quibus ipse posset siue auc̄te ordinarie siue delegata etiā si apostolica auc̄te cōmissa vel cōmittenda.post datam istius vicariatus papa mandauit epō q dispensaret cum quodam illegitimo qd posset ad oēs ordines promoueri et obtinere etiā beneficia curata si eum reperiret idoneum et incontinentie paterne non imitatorem vt in forma consueta.queritur an vicarius suus predictus poterit cum eo dispensare? Et hic sunt due questionis sub vna. Primo an episcopus possit cōmittere sibi cōmittenda vt si postea sibi aliqua cōmittitur eius cōmissio virtute talis cōmissionis per prius facte possit illa expedire? Et hic quidam dicebant q sic. arg.ff. de seru.vrba.predi.si seruitus.§.futuro.et quod no.extra.de eccle.edifi. ad audientiam.presertim quia episcopus post ꝯmissionem sibi factam perdurauit in eadem ptāte ergo ex tūc videatur recōmisisse ar.ff.de offi.procon.obseruare.§.fi. maxime quia multa transeunt cum vniuersitate que cōmittebantur.ar.l.i.in modic. de ꝯben.emp.presertim qr facta fuit specialis expressio.ar.l.i.§. illud.ff.de heredi.vel act.vel vendita.nam etiā sub vniuersitate veniunt futura.ar.l.quesitum.in fi.i.rñ.de pecul.que ita cōcordat cum.l.non potest videri.ff. de iudiciis. et ibi no. pro quo.C.de appel.ampliorez.§.fi.presertim pp idemptitatē iurisdictionis que est inter ptātem seu iurisdictionē episcopi et vicarij seu officialis sui.qr eorum idem est consistorium vt in .c.non putamus.de consue.ar.l.in rem.§.item quecunqz. de rei vendi.C.de adop.cum in adoptiuis.cum concor.presertim quia sequi posset magnum periculum si ꝯdiceretur naz si oporteret episcopum longa absentia vel infirmitate impediri. nec posset vicario vel officiali suo etiā sibi auc̄te apostolica vel alias cōmittenda cōmittere sequeretur qd multa negocia que romana curia non consueuit nisi ordinario cōmittere in expedita remanerent.qd̄ inconueniens vr̄.pro hoc allegatur qd no. Jo.an.in nouel.ex̄.de elec. si cōfirmationem in illa qōne.an metropolitanus possit ꝯmittere ptātem ꝯfirmādi electionem fiendam.alij vero dicebant ꝯ. qr qd nondum est ꝯmissum non pōt.ar.l.non potest videri.de iudi. et qr iurisdictio seu ptās nondum ꝯpotens non vr̄ posse ꝯmitti etiā vt valeat ꝯmissio in tpe quo ꝯpetat.ar.c.romana.§.i.de offi. arch. se Jo.an.ibi rndet.et in.c.si ꝯfirmationez. ibi oino vide.pro quo. qr iurisdictio que nondum ꝯpetit non potest rata hri. vt.l.ij.de iudi.ergo rc. Nec ante mandati.qr ista equipantur ꝯ.postea ratū hri vel ante mandari cum ratihabitio retrotrahatur. et mandato anteriori ꝯparetur. vt.l.fi.C.ad macedo. Nec ob.q sub vniuersitate mandata veniant futura.qr verum est futura que sunt vel erunt de natura illius vniuersitatis cuiusmodi non sunt spāliter apostolica auc̄te demandanda que non continetur sub ptāte ordinarij epi.imo committuntur sibi extrinsecus et tanqz vni alteri singulari psone et ideo non veniant. Sic etiā in fideicommisso vniuersali non veniunt ea que pars capit extrinsecus: et non iure hereditario.vt ad trebel.in fideicommissaria.§.i.et fi.cum concor. nec obstant no.in.c.ꝯfirmationem. qr ibi ptās confirmandi electionem ꝯpetebat metropolitano iure ordinario et ideo tpe ꝯmissionis lz tunc non esset facta electio ꝯpetebat metropolitano ptās confirmandi electiones si et cum fierent ratione seu ordinarie ptātis.ideo non mirum si tunc poterat ꝯmittere etiā antequā fuerat electus cum tunc hēret ptātem inclusaz sub vniuersitate iurisdictionis sue ordinarie. lz exercitium nondum hēret actu sed habitu. sed in casu nr̄o episcopus predictus nullam ptātem inclusam sub ptāte ordinaria hēbat in cāis ꝯmittendis sibi auc̄te apostolica nec exercitium actu nec hītu. et ita vr̄ q ante non poterat ꝯmittere. Se. cōa qd que est in premisso dubio est an epūs cui est cōmissa ptās dispensandi per modum predictum possit eaz alteri ꝯmittere? Quidā dicebant q non.per.c.fi.de offi.dele.vbi vr̄ tex. Alij vero dicebant q imo ex quo cū cāe cognitione.s.si ille cum quo est dispensandum fuerit idoneus et non fuerit paterne continentie imitator nam tunc pp cāe cognitionem annexam censet non nudus minister. nec alias constat q persone industria sit electa. et ideo pōt ꝯmittere. qr illud.c.fi. dz intelligi qñ nudū ministerium dispensandi est ꝯmissum sine quacunqz cāe cognitione.vt ibi no.per Inn. et Host.circa fi. Alij vero dicebant q lz tunc non ꝯmittitur cum cāe cognitione seu inquisitione ptās dispensandi.ea que sunt cāe cognitionis ꝯmitti pñt.ea tñ que ꝯcernūt fcm̄ ꝯmisse dispēsatōis non pñt ꝯmitti. et sic dicebat q pau.intelligit.in.c.fi.i cle.iudices. de of.dele.
¶ Monachus sine lnia sui abbatis non pt esse officialis episcopi.nec loci tenens officialis.hoc dicit. IIII

A monachus Possit esse officialis vel locum tenens officialis sine lnia superioris abbatis. et si de facto fuerit.an snia vel snie per eum lata vel late sint nulle ipso iure. et si non fuit oppositum ante litem contestatā: vel etiā ante sniaz? De primo et scdo vr̄ dicendum q non potest esse officialis vel locum tenens sine lnia sui abbatis. ar. in decre.xvi.q.i.c. monachi.ij.de rescrip. et si principalis.in cle.ad quod qr non hz velle uel nolle.all.de elec.si religiosus.de testa.religiosus. li.vi.igitur rc.ar.l.cum pretor.de iudi. Item quia nullus potest eis cās ꝯmittere nisi papa sine lnia abbatis:vt no.spe.ti. de iudice delegato.§.excipi.v.nunqz. nisi forsan abbas esset mortuus uel absens. et esset urgēs necessitas uel utilitas monasterij.facit ad hoc.xvi.q.i.qui vere.et quod no. Inn.de re iudi.cum.J.et.A.circa fi.i.glo. et archi.in.ii.c.religiosus. de testa. Et in hac opinione fuerūt quasi oēs. presertim q non potest esse locum tenens officialis de mandato solius officialis.qr de illo solum erat questio. De tertio quidam fuerunt in opi.q ualeant snie. ex quo non fuit oppositum presertim ante litis conte.vel sniam.ar.l.barbarius. et eorum que no. per Inno. et Ho.de rescrip.suscitatus. et de offi. dele.cum super. Alij et maior pars fuerunt in ꝯta opi. imo q snie sunt nulle.ex quo est tale impedimentuz quod impedit eum posse iudicare preceptu defectus voluntatis. et cum non possit in eum cadere iurisdictio ipso iure. et sic retro contenditur iudicium nullum. et ideo qñcūqz etiā post snia talis exceptio potest poni: et pro hoc bene facit quod no. Jo.an.in cle.religiosus. super verbo.suscipere.et super verbo.substituere. et in vlt.gl. in pe.mēbro.nec ob.l.barbarius.qr loquitur in seruo q non prohibetur iudicare: sed ne iudex fiat et qui hz velle et nolle cum etiā possit naliter obligari quod secus in monacho. Prima opi.equior vr̄: et in ea postea quasi oēs finaliter declinauerunt.qr ex quo epūs et eius officialis eum tollerabant. psumptio erat q canonice et cum snia abbatis eum posuisset. et satis est error populi excusatus si eum canonice positum crediderūt. et qr non impeditur iudicare ratione defec. iudicij animi seu discretionis nec voluntas proprie quam habet de iure naturali.licet propter subiectionem eam non cēseatur habere fictione iuris:quia est sub obedientia superioris sui.
¶ Vicarius epi pōt ꝯferre bñficia ex̄ diocesim.h.d. V

unquid Vicarius generalis epi hñs spāle mandatum ad conferendū beneficia posset ea conferre extra diocesim sicut ipse met epūs posset.iuxta no.per Inn.in.c.qr uniuersitatem.de ꝯces.preben.in fi. et ex̄. de offi. lega.nouit.vbi no.per

vel eam mutauerit.

Habens potestatem conferendi beneficium vacaturum per resignationem non propter hoc habet potestatem recipiendi resignationem similiter nec executores gratiarum possunt recipere resignationes beneficiorum. h. d. II

Trum Si episcopus committat alicui ptatē conferendi certum beneficium cum vacauerit per resignationem supposito q valeat cōmissio per ea que scripsi supra in illa qōne que incipit. Or dinarius rc. possit talis cōmissarius eo ipso in virtute talis cōmissionis recipere resignationem a volente sponte re signare. Maior pars tenuit q non. q2 ē opus est vt expresse cōmittatur ptās recipiēdi resignationem: vt extra de pben. dudum. circa prin. li. vi. r hoc tenuerunt per no. per archi. ex tra. de ver. signi. c. sicut. li. vi. Quidam tn tenebant cōtra per. l. ad rem. r. l. ad legatum. ff. de procu. Et per rōnes pro hac parte factas per archi. in. d. c. sicut. r bene fatetur q in termi nis illius. c. sicut. de ver. signi. certe illa opinio est vera. r q in illo casu certe opus est spāli cōmissione super admissione resignationis: q2 si virtute alterius missionis de qua ibi fit mentio ē ptās recipiendi resignationem videretur concessa per hoc preiudicaretur ordi. q in dubio papa non videtur fecisse nisi in eo quod expresse concessit. nec est interpretandū priuilegium pape in preiudicium tertii. ve. l. i. §. merito. r. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco pu. hic autē fuit cōmissio auctē ordinariis. r de iure cōi. r ideo est interpretanda ē hm suo cōe vt cōmissio preparatoria vel preparanda posteriori r consequenti videatur cōmissum preparatorium prius r antecedens. ar. dictarum. ll. presertim per quod necessario perue nitur ad illud. Nec fit interpretatio aliqua in preiudicium ter tii sed solum cōmittentis cui est imputandum: q2 alias expresse illam ptātem non optinuit. Sed iuxta premissa queritur an executores gratiarum deputati ad prouidendum de benefi ciis vacaturis possint recipere resignationem alicuius volē tis in eorum manibus beneficium resignare vt sicut ea re re perta prouideant. Dicerem q non. per dicta in premissa p xima questione. Item q tales executores talem resignare vo lentem non possunt inuitum destituere igitur nec eius resigna tionem recipere. probatur consequentia per ea que no. Jo. an. in d. c. i. de renuncia. in glo. super verbo. manibus. r per Inno. de renun. quod in dubiis in fi. ii. glo.

Qui renunciauit in manibus non habentis potestatem admittendi resignationē non repellitur propterea ab agen do contra intrusum. h. d. III

Uidam Primus in data habens ius in beneficio per eum acceptato illud renunciauit in manibus hntis ptātem recipiendi re nunciationem. scōs vero in data qui illud idem acceptauerat r fecerat prouideri in virtute vacationis in cuius virtute pri mus acceptauerat si illa acceptatio r prouisio inde secuta nō valuerat tenebat de facto beneficium istud. primus agit con tra eum r fecit sibi adiudicari r restitui. scōs opponit sibi de renūciatione predicta facta in manibus eius qui non habe bat ptātem queritur an per hoc eum excludere possit vt sic se cundus veniat absoluendus ab impetitione primi. Fuit di ctum quasi per oēs q non. q2 talis renunciatio non priuauit primum iure suo licet per ordinarium possit priuari benefi cio. iuxta. c. quod in dubiis. cum ibi no. per Inno. r doc. de renun. r sic donec fuerit priuatus agere possit. Et si dicatur q renunciatio tenuit in preiudicium sui dico q verum esset vbi ageret cōtra ordinarium de restituendo beneficium: q2 cum in eius ptāte esset eum ē possiden. qui nullum ius habet vel contra quēcunq2 possidentem priuare r remouere a benefi cio ita r eum petentem repellere ratam habendo renuncia tionem. ar. l. iniuriarum. §. cum damus. secus in casu premisso vbi agit contra scōm in data possidentem aliunn: q2 tunc donec sit priuatus posset agere r beneficium repetere: q2 ius hz r lz possessionem per renunciationem perdidisset non tamen ius in proprietate r illorum respectu in quorum ptāte non est eū priuare vel ratā habere renūciationē. Dicūt tn quidā q rc integre

id ē anteq̄3 priuatur p ordinariū vel hñtem ptātem pōt penite re. bene facit. ff. de cessio. bono. l. iii. r. l. quē penitet. r hm iu ra cōia licitū est penitere r licitum est variare. continua istum versum supra ibi ratam hēre renunciationem. r in fine reuer tar. ibi dicunt tn. Item q2 reus excipiens ex hoc sufficienter non deducit ius suum quod allegat renunciationem inuali dam. ergo licet per consensum ordinarii sit validabilis cum ē ex hoc non fortificaretur ius suum licet eliderentur vel tolle retur ius agentis cum non posset allegare. quia sic allegaret de iure tertii scilz ordinarii cuius solius interest ratificare re nunciationem vel illum priuare presertim autem hoc reo nō permittitur ex quo sibi non prodesset r alteri noceret. facit quod notatur per Innocen. in. c. cum bertoldus. in fi. de re iudi.

¶ Non valet resignatio beneficii reseruati facta in manib9 ordinarii per exemptum ab eius iurisdictione. secus si non fuisset exemptus sed tantum beneficium reseruatum: quia resignatio r eius admissio per ordinarium facta valet sz non collatio. hoc dicit. IIII

uidam Cardinalis obtinens quandam di gnitatem ratione cuius ad eius col lationem pertinebat vnum beneficium auctoritate sua ordinaria illud beneficium in curia contulit cuidam capel lano pape presenti nunc in curia r collationem huiusmodi ac ceptanti tandem idem capellanus cum non posset obtinere pacificam possessionem illius beneficii ipsum post aliquod tēpus renunciauit seu resignauit pure r libere in manibus eiusdem cardinalis qui auctoritate sua ordinaria admisit re nunciationem. postea vero dictus capellanus impetrauit a papa aliud beneficium de illo alio sic renunciato seu resigna to non facta mentione. Queritur an valeat impetratio: vel an ista vltima gratia per papam sibi facta surreptitia cense atur ex eo. quia tacuit aliud beneficium. Et quidam dice bant eam surreptitiam: q2 renunciatio quā fecerat in mani bus ordinarii non valebat. nec admissio eiusdem auctorita te ordinaria subsecuta: q2 beneficia capellanorum pape reser uata erant tunc per papam. Et cum dictus capellanus ha beret ius in beneficio per collationem sibi factam cui consen sit ē si non habuisset possessionem. vt in. c. si tibi absenti. de pre ben. li. vi. r in. c. quodam. Ideo non potuit resignare nisi in manibus pape vel eius commissarii. qui solus posset eum in uitum destituere cum sit. vt in extrauagan. cum Matheus. que tamen est hodie limitata. vt in alia extrauagan. Exem ptus quicūq2 capellanus pape a iurisdictione seu ordinarii: quia tunc demum potest auctoritatem prestare renunciatio ni r coram eo demum potest renunciatio fieri qui potest inui tum destituere iuxta no. per Inn. r doc. de renunci. quod in dubiis. Igitur si non valuit resignatio adhuc habebat ius in beneficio: lz etiam possit eo priuari. q2 eam fecit in manibus non habentis potestatem. Et licet etiam in eius preiudiciū superior habens potestatem scilicet papa posset ratificare r admittere renunciationem. Nec ipse posset resilere nec pe nitere. nec beneficium repetere tamen nisi eius ratificatio r admissio subsequantur interim habet verum ius in benefi cio r remanet in eo intitulatus iuxta veram opinionē Inn. in. d. c. qō in dubiis. adhuc habebat ius in illo beneficio nō obstante illa renunciatione facta in manibus cardinalis au ctoritate sua ordinaria r non apostolica eam recipiēt. r per consequens cum haberet ius in eo de ipso in petitione alte rius debuit facere mentionem. de preben. si motu. li. vi. secus tamen fuisset si ageretur de beneficio in quo si habuisset ius in re sed ad rem. de quo esto q quis in petitione debet facerē mentionem. iuxta no. per Jo. an. in nouel. de reg. iur. ignoran tia tamen eius renunciatio facta in manibus laici vel alteri9 potestatem non habentis tenuisset. q2 facilius renunciatē bn̄ ficio querendo quam qō. iuxta no. per Inn. in. d. c. qō in du biis. r per Archi. de offi. leg. deliberatione. in fi. r ista opinio ne ego eram. Quidam tamen dicebāt q ista vltima gratia non foret surreptitia: q2 hm eos renunciatio tenuit in ei9 pre iudicium. iuxta no. per Ber. in. d. c. qō in dubiis. sed illa opi

nio non approbat. q: imo non tenuit donec eam approbet ille qui habet potestatem: vt supra dixi. quare hec rō non ꝓfecit. sed ſm eos ordinarius potuit eam admittere nō obstā te reseruatione beneficiorum capellanorum pape: q: licet illa reseruatio afficiat beneficia eorum quo ad potestatem conferendi non tamen afficit ea quo ad potestatem renunciandi seu renunciationẽ de eis fiende admittendi. ⁊ ideo ſm eos ordinarius potuit eam admittere. sed ego non dixi supra ꝙ potestas admittendi renunciationem impediatur propter reseruationem solum sed propter exemptionem qua capellani ab omni iurisdictione ordinaria sunt exempti. ⁊ ꝗ ordinarius in iudicio eum non posset inuitum destituere cum in eum iurisdictionem non habeat. ita nec poterit eius renunciationem admittere. quare hec ratio non obstat. ar. notatorum per Innocē. in dicto. c. quod in dubiis. Et ideo prima opinio videtur verior.

Renunciatio simplicium beneficiorũ non potest fieri in manibus collatoris inferioris episcopo. h. d. V

Trum Renunciatio simpliciũ beneficiorum possit fieri in manibus collatoris ⁊ ille solus sine episcopo possit admittere renunciationem? Uidetur ꝙ non. q: ille solus non potest destituere igitur nec renunciationem admittere. ar. no. per Inno. in. c. quod in dubiis. de renun. in fi. ma. gl. imo ⁊ si prescripsisset vel alias de consuetudine haberet potestatem destituendi adhuc renunciationem admittere non posset nisi etiam potestatem renunciationem admittendi prescripsisset vel consuetudinem acquisisset ex quo alias de iure cōmuni non poterat destituere. sicut notat Pau. in cle. cuꝫ illustris. super verbo. beneficio. ar. contra. de symo. ex insinuatione. ⁊ quod no. Ber. ⁊ preben. significatum.

Si renunciat quis beneficio sub conditione si placebit patruo suo si non placet ei non valet renunciatio. h. d. VI

Uidam Renunciauit ex causa permutationis sub ꝯditione si patruo suo placet placeret queritur vtrum si patruo displiceat nihilominus teneat renunciatio? Uidetur ꝙ sic. q: illa conditio videtur non posse adici ⁊ esset de iure reproba cum debeat renunciatio esse pura. ar. no. in. c. ex parte. de of. dele. super verbo. omnino. ⁊ sic conditio inutilis videtur reijcienda valente renunciatione. arg. no. in. l. per seruum. ff. de vsu. ⁊ ha. credo tamen contra per Io. an. in. c. electionibus. de elec. li. vi. super verbo. electio. in nouel. C.

De supplen. negli. prela. Rubrica.

Abbate vel prelato regularis vel collegiate ecclesie negligẽtibus conferre beneficium non deuoluitur potestas ad conuentum vel capitulum. h. d. I

Unquid Prelato vel abbate alicuius ecclesie regularis vel collegiate negligẽte conferre beneficiū ad suā collationẽ ptinēs deuoluatur electio ad conuentum vel collegium illius ecclesie sicut deuoluitur episcopo negligente ad capitulum sue ecclesie cathedralis: vt in. c. ii. de conces. preben. §. i. ⁊ c. cum in cunctis. §. fi. de elec. Quidam ꝙ sic ex identitate rationis. Alii vero contra. quia imo deuoluatur ad superiorem epꝫ. puta vel diocesanum per. c. quia regulares. de supplen. negl. prela. in cle. ⁊ ibi est tex. ⁊ q: premissa. c. loquuntur tantum in episcopo ⁊ capitulo ecclesie cathedralis. ideo stricte intelligātur cum conuenientius sit per superiorem corrigi vel suppleri negligentiam inferioris quam per partem vel inferiorem. ar. iii. q. ix. scimus.

Non potest capitulum se intromittere de fructibus spectantibus ad archidiaconum mortuo suo procuratore. hoc dicit. II

Rchidiaconus Uel alius obtinens certam dignitatem vel officiuꝫ in aliqua ecclesia habens certam dotem ⁊ administrationem distinctam a capitulo cum esset absens ⁊ eius vicarii ⁊ administratores essent mortui capitulum propria auctoritate recepit fructus ⁊ administrationē illius dignitatis vel officii ⁊ per deputatos ministros suos fecit exigi ⁊ leuari ⁊ eidem deseruiri ⁊ onera que habebat dignitas vel officium supportari tandem beneficiatus predictus petit tanꝗ̄ spoliatus fructibꝰ sui beneficii se restitui capituluꝫ excipit ꝙ omnes fructus expendit pro oneribus beneficio incumbentibus. ⁊ pro salario ministrorũ in eius absentia ab eodem capitulo beneficio deputatorum. queritur nunquid hec materia sit bona ad excludenduꝫ restitutionem? Uidetur ꝙ sic. per. l. si rem quam vendam. ff. de acquiren. possessio. fuit tamen dictum ꝙ non. quia capitulum non debuit hoc facere ipso non vocato nec sine auctoritate ⁊ licētia episcopi. ⁊ ideo quia non processit canonice in occupatione beneficii cuius administratio ad ipsum non pertinebat censetur spoliasse. nec obstant cōtraria. quia ibi res peruenerat ad illum: qui retinere volebat de voluntate domini. Circa hoc pro vlteriori inquisitione veritatis. vide Cy. C. commo. l. pretextu. ⁊ Ioan. an. in nouel. de regu. iu. locupletari. in. vi. secundo modo.

De offi. archidiaconi. rubrica.

Archidiaconus contra subditos potest agere possessorio pro iure visitandi sine licentia episcopi. hoc dicit. I

Rchidiaconus Pretendens de consuetudine sibi competere ius visitandi ecclesias infra sui archidiaconatus limites constitutas agit contra rectores ecclesiarum suarum sibi resistentes? Queritur an in lite sit necessarius consensus episcopi etiā pro vtraqꝫ parte tam archidiaconi quam rectoris ⁊ si sit necessarius vbi agitur petitorio. queritur si ageret solum possessorio an esset necessarius. Et hic tenuerunt quasi omnes quod non argu. C. si per vim vel alio modo. l. fi. ⁊ l. momentanee. C. qui legi. perso. ⁊ quia iudicium possessorium non est arduum negocium. igitur ⁊c. argu. c. edicti. de rescrip. pro hoc alleg. etiam arg. quia licet in petitorio vbi agitur contra aliquem realiter cum habeat domini nominatio: vt. l. ii. C. vbi in rem actio. ⁊ c. quoniam frequenter. §. ꝙ si super rebus. non tamen agitur possessorio: vt no. Io. xii. q. ii. quicunqꝫ militum.

De officio vicarii. Rubrica.

Episcopus tenetur ad restitutionem damnorũ ⁊ iniuriarum per suum officialem vel vicarium iniuste datorum. hoc dicit. I

Trum Episcopus teneatur ad restitutionem damnorum datorũ iniuste vel iniurie est per officialem suum vel vicariū. Et videtur ꝙ sic per ea que habentur extra de resti. spo. c. i. ⁊ que ibi recolliguntur per Io. an. in nouel. super vbo. hominibus: ꝓ hoc ēt qd no. Ber. extra de offi. Archidi. ad hec. super verbo. archidiacono. quia imputatur ei qui operibus malorum hominum vtitur. ff. de act. ⁊ obli. ex maleficio. §. fi. sibi enim debet imputare qui tales eligit. ff. de mino. cum mandato. ꝓ hoc vī tex. in aut. vt iudi. sine quoquo suf. §. cos. in fi. Item vide ad hoc no. per glo. ⁊ plenius ꝑ Hosti. extra vt lite non ꝯte. §. i. ꝓ hoc pte facit. ff. de offi. ꝓcon. l. iii. §. proficisci. in auten. de iudi. §. nullo. cum. §. sequen. ⁊ ibi no. C. de custo. reorum ad cautiones. C. quod me. causa. si per impressionem. in fi. pro hoc q: dolus procuratoris generalis nocet domino. ff. de excep. do. apud celsum. §. quesitum. in fi. ff. de tribu. l. procura. in princi. pro hoc etiam. ff. de edil. edic. l. i. §. ii. presertim si potuit prohibere eum ⁊ non prohibuit quia non caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obuiare. lxxxiii. di. error. extra. de senten. excommunica. quante. cum ibi not. Uel postquam sciuit non correxit. quia tunc videtur consciuus. argu. C. de commer. ⁊ mercator. l. i. in fi. vel si ab initio fuit conscius tacite vel expresse. argu. C. de exactio. tribu. anno. l. secunda. libro. xi. C. de falsa mo. l. prima. §. dominus. C. de his qui a latro. l. secunda. §. domini. C. de incestuo. nup. l. cum ancilla. §. si vero oēs. pro hoc ēt. ff. de his qui deiece. vel effude. l. vero. §. positi. ff. de fluibus. l. i. §. fi. ꝓ hoc mul

eo.ti.l.3 illa aliquãtulũ videaſ obſtare. ſed non obſtat ſi bene attenditur. pro hac alle.ff. de in diem adiec.l.ij.⁊.iij.⁊.l.vbi .§.ſed marcellus etiam.ff.de edil.edic.l.i.§.ij.⁊.l.cum autem. §.cum redhibetur. pro hoc q᷑ reſoluto iure fundamenti reſol uitur fundamentum.de pig.l.vectigal.ff.vt lega. no. caue.l.ſ. §.ſi quis ſub conditione.⁊.§.qui minorem.

℄ Si de conſuetudine eccleſie antiquior poteſt optare pri mus in data licet ſecundo receptus preſertur ſecundo in da ta licet primo receptus fuerit.h.d. VI

Uo ſunt Impetrantes primus ⁊ ſecũdus qui mandantur recipi in canoni cos ⁊ in fratres. ⁊ de prebenda cum vacauerit eis mandatur prouideri cũ decreto ⁊ clauſulis que hodie ſunt de ſtilo ⁊ licet primus factis proceſſibus pñtauerit capitulo lr̃as. ⁊ petierit ſe admitti ⁊ ſuper hoc fecerit diligentiam. tñ de facto ſecundus per capitulum prius fuit receptus q̃3 pri mus. quãuis primus prius petiſſet ſe admitti q̃3 ſecundus tandem vacante prebenda ſucceſſit in illa eccleſia ſm ordinẽ eorum quilibet obtinuit prebendam ſibi debitã ⁊ ſic eis exi ſtentibus canonicis prebendatis vacauit in illa eccleſia vna prebenda maioris valoris quam quilibet eorũ obtinuit ſm conſuetudinem eccleſie in qua eſt conſuetudo ſeu ſtatutũ ꝙ antiquior canonicus ſm ordinẽ receptus preſertur in optio ne. modo ſecũdus in data dicit ꝙ fuit primo receptus in ca nonicum. ⁊ ideo ipſe debet preferri in optione. primus vero in data dicit quod licet ipſe fuerit vltimo receptus. de facto tamen: quia primus erat in data ⁊ primo petierat ſe admitti prius fuerat recipiendus de iure. ⁊ quod non ſteterat p eum quo minus primo reciperetur. ⁊ ideo ſibi non dꝫ imputari. ⁊ per pñs dicit ꝙ dꝫ preferri in optione. queritur quid iuris? Uidebatur quibuſdam ꝙ ſecundus in data .i. qui primo rece ptus fuit preferri debeat propter terminos ſtatuti ſeu cõſue tudinis quod vel que hꝫ ꝙ primus receptus preferatur in optione. ſed primus aget ↄtra capitulum ad intereſſe. ſic di cimus in duobus ſucceſſiue preſentatis a patrono laico quo rum licet primus debuerit admitti per epm tñ ſi ſecũdus de facto admittatur: valet admiſſio ſed epũs tenetur primo non admiſſo: vt in.c.paſtoralis.de iure pa. Ad hoc reſpondetur damnum iſtud non poſſet reſarciri per capitulum cum iſta be neficia³ia ſint ineſtimabilia ibi ſicut in alio beneficio: ⁊ pꝑter hoc reſeruetur primo ſua potioritas ex quo per eum non ſte tit ar.l.ſi.§.i.de eo per quem factum eſt. pro hoc ẽ bene facit quod no. Inno. de reſcrip.c.capitulum. in magna glo. circa medium ibi. Si autẽ ſecundus receptus eſſet. ſed ibi in litte ris primi non erat decretum: hic ſic. Et pro iſta parte ꝓ qua fuerunt late tres ſñie. bene facit quod no. Inn. de preben.c. relatum. ⁊ quod no. Comp. de reſcrip.c.capitulũ. ſuper ver bo. mandatum. circa prin.in.v̄.ſed quid ſi ante vacationem. ad quod no. per Inn.in.c.cum bertoldus. de re iudi. ⁊ facit .l.quoties.C. de rei ven. pro hoc q᷑ licet per eum non ſtete rit ex fictione ſeu reputatione iuris debeat perinde haberi ac ſi tunc fuiſſet receptus. tandẽ non vr̃ ſufficere talis qualitas interpretatiua ex quo conſuetudo optionis requirit veram prioritatem receptoris. ſicut in ſimili nõ ſufficeret repreſenta tiua ſeu reputatiua pñtia. vbi talis ptãs optionis ſm cõſue tudinem competit ſolis preſentibus: vt notat archi. de ꝯſue. .c.cum in tua. circa prin. ſuper verbo. per alios. Sed reſpõ detur ꝙ illa opinio reprobatur per Jo.an.in nouel. Aliqui bus vi tñ ꝙ primus in data eẽt potior ⁊ deberet preferri in optione per rationes ſupra per eos factas. pro quo.c.ubi q. de reſcrip.li.vi.⁊.l.iuris ciuilis. de condi. ⁊ demon. ⁊ quia re ceptio primi licet poſterior videtur retrotrahenda: ex quo pri mus erat recipiendus. Et in hac opinione fuerunt quaſi oẽs. Et ꝓ hac parte eẽt ſuit allegata.l.i.C. de conſul. lib.xij. ⁊.ff. ſi quis cautio.l.ii.§.ſi. ⁊ pro iſta parte obtinuit tres ſñias.

℄ Non valet conſuetudo ꝙ inſtrumento non apponatur dies neqꝫ locus. hoc dicit. VII

Trum Ualeat conſuetudo ꝙ in inſtrumẽ to nõ apponatur dies neqꝫ locus? Quidam ꝙ ſic. q᷑ ſuper hoc valet pactum: vel con ſenſus partium: vt.ff. de pig. cum tabernã.§.i. Alij ⁊ maior pars contra. q᷑ poſſet parare viã multis malitiis: ⁊ q᷑ dies ⁊ locus ſunt de ſubſtantia inſtrumenti: vt in.c. abbate ſane. in ſi. ⁊ de re iudi.li.vi. ⁊ in auct. de tabellio. ⁊ in auct. vt pre ponatur nomen. impera. ⁊ contra ſubſtantialia actus non valet conſuetudo: vt no. Jo.an.in gl. extra. de conſue.c.ii. li. .vi. ⁊ q᷑ auferret defenſionem parti. ar.l. optimã.C. de con. ⁊ conſti. ⁊ ideo valere non debet. q᷑ defenſionis facultas cõ petit de iure naturali: vt in cle. paſtoralis.§. ceterum. de re iu di. ⁊ contra ius naturale non valet conſuetudo: vt no. Inn. de conſue. ſuper rubrica.

℄ De electione. Rubrica.

℄ Tempus conferendi currit epiſcopo a tempore renun ciationis ⁊ non ratihabitionis.h.d. I

Trum Si aliquis reſignauerit beneficiũ in manib⁹ priuati alicuius ⁊ poſtea poſt annum vel biennium epiſcopus hoc ratificet currit ſibi epiſcopo tempus lateranẽ. concilij a tempore re ſignationis facte ad cõferendum. an a tempore ratihabitio nis vt ſic ſuperiori iure deuoluto non poſſit conferre illud be neficium: niſi poſt negligentiã epiſcopi a tempore ratihabitio nis. demum computando poteſt dici ꝙ ẽ ante ratificationẽ epiſcopi a tempore ſue renũciationis incipiat currere epiſco po tempus. ar. no. per Inno. de renunc. admonet. ⁊ de con ceſ. preben. quia diuerſitatem. in ſi.

℄ Ualet electio prepoſiti etiã non ſcrutato voto ipſius pre poſiti. hoc dicit. II

Canonici Seu capellani compromiſerũt in tres de ipſis vt ſcrutat᷑ votis oium ⁊ ſingulorum de capitulo illum eligerent in epiſcopum in quem oẽs vel maior pars cõuenirent ipſi ſcru tatis votis ſuis primo ⁊ deinde votis aliorum reperiebant ꝙ oẽs conueniebant in prepoſitum ipſius eccleſie ipſi com promiſſarij elegerũt eũ ſolẽnit nõ ſcrutato pꝰs voto ſuo q̄ preſentata ſibi electione conſenſit electioni. queritur vtrũ ele ctio teneat? Quidam dicebant quod non. q᷑ nõ fuerũt ſcru tati votum ipſius electi qui erat preſens ⁊ de capitulo ꝑpter formam compromiſſi que habebat ꝙ ſcrutatis votis oium ⁊ ſingulorum ⁊c. Ipſi vero non fuerunt ſcrutati vota oium ⁊ ſingulorum ex quo eum omiſerunt: q᷑ forma mandati di ligenter eſt ſeruanda: vt in.c.cum dilecta. de reſcrip.ff.manda ti. diligenter.c.cũ expediat. de elec.li.vi. ⁊ in.c.ſi. cũ dilectus. §.i.in antiquis. Non enim impleta eſt conditio ſub qua da ta fuit ptãs cõpromiſſariis eligendi .ſ. ſi ſcrutatis votis ſin gulorum ⁊ oium ⁊c. igitur nec potuerunt eligere. Alij dice bãt ꝙ electio erat bona: q᷑ ſatis cõſentiendo electioni decla rabant votum ſuum ille prepoſitus electus igitur ⁊c. Item fruſtra eius votum in ſcrutinio fuiſſet per cõpromiſſarios in quiſitũ cum ⁊ ſi fuiſſet non poſſet nec debet ſe nominare. q᷑ ſic ambitioſus eſſet. ar. de inſti.c.ſi. ⁊ ſi aliũ nominaſſet illud nihil profeciſſet cum neceſſario ex quo alij in ipſum prepoſi tum conueniebant ipſum eligendo igitur non fuit magnum inconueniens ſi eius votum ſcrutati non fuerunt cum ⁊ ſcru tatum non profuiſſet: vt ar.l.quando.ff.ad velleia. cũ concor.

De renunciationibus. Rubrica.

℄ Ualet collatio beneficij reſignati in manibus non haben tis ptãtem admittendi reſignationẽ.h.d. I

Trum Si aliquis reſignet beneficium in manibus non habentis poteſtatẽ recipiendi beneficium vacet beneficium ⁊ poſſit cõ ferri per eum ad quem pertinet collatio: vel patronus ad eũ preſentaret? Poteſt dici ꝙ vacet in preiudicium renunciãtis ⁊ ꝙ ſuperior ad quem pertinet ſi confert eo ipſo ratam videt habere renunciationem. primum probatur de renuncia. qꝺ in dubiis. ſcdm probatur. ar.l.illum.§.ſi. de acqui. here. ſed contra. quia non poteſt ratum habere quod ſuo noie geſtũ non fuit. Item neceſſaria eſt ſñia priuationis: vt notat Inn. in.d.c.quod in dubiis. ⁊ talis ſñia requirit iuris ordinem ⁊ vocationem partis. q᷑ forte propter metum feciſſet. poſſet di ſtingui vtrum qui renunciauit perſiſtat in eadem voluntate

B. vi q̄d non per c. statutum. de preb. li. vi. Fuit dem q̄ sic q: est ordinarius. ⁊ q: est volūtarie iurisdictōis. ⁊ talia pōt ex tra territorium expleri. e. l. ff. de offi. pconsul. l. ij. ⁊ lz tex. illius legis faciat ꝯ absolutionem. vt ibi no. nec ob. c. statutum. q: ibi spāliter in beneficiis vacantibus in curia.

De officio delegati. Rubrica.

¶ Licet per solum decretum citationis ppetuet iurisdictio quo ad iudicē nō sic tñ quo ad ptē ppetuat. h. d. I

trum Decreta citatione ad partes per auditorem datum in curia ꝯ. a. detinentē ecclesiā. mortuo ipso. a. anteq̄ citatio fuisset in partibus executa. ⁊ sibi surrogato. B. in virtute illius citationis dictus. B. possit citari. ⁊ si fuerit citatus. an in virtute illius citationis ꝯ eundem surrogatum pcedi possit. ēt coram dicto auditore. Fuit dictum per aliquos q̄ sic. per c. q̄. v. de iudi. alii vero ꝯ. vt ibi no. per Inn. ⁊ ad hoc vide no. per Io. an. in nouel. extra. de offi. dele. c. lz vndiq̄. ⁊ plenius. de offi. dele. c. fi. in fi. super verbo. citatio. ibi notat q̄ per decretum de citando lz perpetuetur iurisdictio quo ad iudicem. vt post mortem delegantis non reuocetur. nō tñ quo ad partem. nisi per executorem citationis ⁊ apprehensionem. ar. l. si quis postea q̄. de iudi. ⁊ ar. ff. de acqui. here. l. si per epistolam. ⁊ ad hoc facit. l. cum postulassem. ff. de dam. infec. ⁊ q̄d ibi no. vnde dic q̄ si actor in vna cā impetrauit vnum auditorem vel iudicem delegatum. qui p̄fato sibi ꝯmissione mandauit seu decreuit citari reum. tum citatus non fuit. ⁊ reus in eadem cā impetrauit postea alium: qui p̄fata sibi ꝯmissione mandauit citari actorem. ⁊ citatio fuit prius executa anteq̄ citatio esset decreta per illum auditorem quem ipse impetrauerat. q̄ cā debeat tractari per scd̄z: q: pperpetuauit primo suam iurisdictionē. ex quo post de mādato suo pars fuit citata. lz enim primo impetrato per decretuz solum vel mādatum de citando perpetuasse suam iurisdictionē quo ad se respectu delegantis vt eius morte non posset cēseri mādatum reuocatum. non tñ quo ad partem vt artet eam coram se litigare tanq̄ preuenerit eam tanq̄ alium iudicem impetraret: vel illa sua iurisdictione vti ceperit. q: non pōt dici preuenta que citata non fuit. lz mandata fuisset citari. ar. l. si quis postea q̄. ff. de iudi. de fo. comp. c. pe. ⁊ ideo alter iudex qui citando preuenit partem videbitur potior in iurisdictionis perpetuatione. ar. no. in c. vt debitus. de appella. super verbo. assignare. in glo. que incipit. Sed nūquid. ad hoc q̄d facit quod de lite pen. habetur. in cle. j. vt lite pen.

De pactis. Rubrica.

¶ Violator fidei nō est priuādus bñficio sicut piur⁹. h. d. I

trum Violator fidei puta q: fide interposita promisit aliquid nec seruauit sit priuandus beneficio sicut esset priuandus periurus: Et vr̄ q̄ sic. q: iuramentum ⁊ fidei interpositio equiparantur. e. c. quod me. ca. ad aures. cum concor. p hoc. s. quod quo ad hanc penam equiparent̄ est no. arch. extra. de sepul. c. j. super verbo. interposita. pro quo vr̄ tex. cum glo. de fide ius. peruenit in fi. sed dic ꝯ q: penalia non sunt extēdenda ⁊c. ⁊ q: grauius est puniendus periurus iuxta no. de iureiur. c. peruenit. nec ob. c. peruenit. q: ibi loquit̄ complete in violāte fidem ⁊ iuramentuz. secus si totam fidem. pro hoc. q: tex. de ista mā imponentes penam istam priuationis loquuntur in periuro. de iureiu. querelam. de rescrip. c. ij. ergo stricte ⁊ proprie intelligantur de periuro. nec extendentur ad violentam fidem. ar. ff. de penis. sanctio legum. de libe. ⁊ posthu. cū quidam. ⁊ in regula. odia. pro hoc videtur. xxij. q. v. c. iuramenti. super verbo. in glo. adde subaudi. ⁊ glo. se.

¶ Potest vxor renunciare marito lucrum q̄ sibi secuz erat communicandum. hoc dicit. II

Onsuetudo Est in quodā loco q̄ de omnibus que acquirunt coniuges seu eorum quilibet. dz quilibet eorū hr̄e dimidiam partem. vt si vir etiā de suo acquirer aliqua bona vel mobilia vel imobilia. de cōsuetudine vxor in illis bonis dz hr̄e dimidiam. ⁊ sibi ipso facto acquiritur dimidietas ⁊ ex ꝯ. si vxor acquirat aliqua illorum acquirit̄ viro media pars hoc supposito. vir quidam volens emere de sua pecunia domum vel castrum vel vineam vel aliam rem pepigit. vel conuenit cum vxore q̄d ipsa nil peteret in sua re per virum acquirenda virtute illius consuetudinis. ⁊ vxor sibi de hoc pactū fecit. ⁊ per pactum renunciauit oī iuri petendi dicte consuetudinis. aut alias sibi in dicte re acquirēdo sibi cōpetituro. Queritur an valuerit renunciatio: Et q̄d non q: facta fuit donationis cā. ⁊ donatio inter virum ⁊ vxorem est prohibita. ⁊ pro hoc alle. in spali. l. iij. §. fi. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ⁊ . l. fi. ⁊ pro hoc ē. e. ti. l. si sponsus. §. si donationis. ⁊. §. si vxor vel maritus. ⁊ maxime q: si valeret talis renūciatio possent se coniuges mutuo amore spoliare. ⁊ sic hz locum rō. l. prohibentis donationis inter coniuges. ff. de don. inter vi. ⁊ vx. . l. j. In oppositum vr̄: q: per talem donationem vxor nō efficitur pauperior si non acquirat. lz vir fiat locupletior. igit̄ vr̄ q̄d valeat. ar. ff. de dona. inter vi. ⁊ vx. si sponsus. §. si marit⁹. ⁊. §. si quis rogat⁹. ⁊. l. lz si vir lanā. §. q̄d vir vxori. ⁊. §. quod vir legatarius. q: non amare. nec tanq̄ inter infestos recipiēda est prohibitio iuris facta de donando inter coniuges: vt . l. fi. ad quod. §. si quas. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ⁊ ad iuris ꝯria p; ratio q: ibi donans efficiebatur pauperior. hic non ⁊ hoc latius poterit extendi per ea que scripsi in margi. iuxta §. si maritus. d. l. si sponsus. supra alle.

¶ Renunciatio iurata excludit filiam ēt a successione ab intestato. h. d. III

trum filia dotata que promisit per pactuz iuratum q̄d dote contenta nullum ad bona paterna regressum habere paterne intestato decedente possit sibi succedere. presertim cum aliis fratribus ⁊ sororibus: Genz. vt audiui. in c. quāuis pactum. de pac. li. vi. lz q̄ sic. q: pr̄ decedendo intestatus vr̄ tacite ppinquioribus reliquisse hereditatem suam: vt. l. conficiuntur. ff. de iure codi. constat autem q̄ si pater eam instituisset q̄d nō obstante renunciatione admittenda est ad hereditatem ex nouo iure. ar. extra. de renun. c. j. de iureiu. ad nostram. ij. cū ibi no. facit. ff. de excep. rei iudi. si mater. §. eandem. cuz concor. Igitur ab intestato. ex quo sic decedens pater similiter videt̄ dedisse presertim: q: in dubio videt̄ fuisse intentio renunciantis filie ⁊ patris dotantis ne haberet recursuz ad eius bona contra eius voluntatem infringendo vel impugnando eius iudicium si aliis reliquisset. cum igit̄ nulli alteri pater reliquerit. ⁊ sic detestatus decedens sibi sicut ⁊ ceteris reliquerit tacite vt dictum est. igitur sibi possit succedere non obstante renum. ⁊ presertim vbi nulli alii liberi maxime masculi existunt. quorum fauore videtur pater in dubio eam voluisse renūciare. ⁊ per medium filie ad alium non peruenire hereditatem. secus autem vbi sunt nulli liberi masculi. sed vel sole alie filie vel soli cognati presertim alterius noie ex feminea linea attinen. q: tunc cessat ratio ⁊ intentio partis eam facien. renunciare. ⁊ ipsis filie. vt sic arguatur ab intentione partium ⁊ verisimilibus arbitrata. ar. iure communi. Tenent tamen quidam contra propter generalitatem renunciantis que etiam concernit ⁊ concernere potest successores ab intestato vt sic ex quo simpliciter ⁊ generaliter renunciauit vtriq̄z vie renūciasse vr̄. ff. de suc. edic. l. j. §. sed si vendendi. cum ibi no. in gl. qui enim effuso sermone loquitur in promptum incidit periculum. arg. l. fi. C. de nup. pro hoc etiam potest induci quod no. Cy. post practicam. C. de resein. ven. l. rē maiores. in. vj. q. ⁊ Io. an. in nouel. de emp. ⁊ ven. c. pen. super glo. ⁊ respōdet ad rationem Genz. quia illa iuris presumptio que presumit patrem intestato decedentem tacite propinquioribus reliquisse. tunc habet locum cum pater non fecit aliquem renunciare: quia tunc quo ad illum ex quo constat quod semel voluit per renunciationem filiam excludere adhuc eiusdem presumitur voluntatis. nisi constet expresse quod sibi donare voluerit. quia incertis non certis ⁊c. vt. l. continuus. §. cū ita. de verbo. obli. Ad aliam rōnez dicunt q̄d imo in dubio videtur fuisse contentus omni vie renunciare. ex quo generaliter ⁊ vniuersaliter renunciauit nullum ⁊ quando. q. qui nul

lii vel oē dicit nihil excludit.ff.de re. du. si is q ducēta.§.vtrū.

De procuratoribus. Rubrica.

¶ Relevatio substituti in si. procuratori non inducit substituendi potestatem.h.d. I

A procuratorio Non dē q dñs procuratori dedit ptātem substituendi.sed postea in relevatione cavetur q dño relevat eum & eius substitutum vel substituendū ab oi onere satisdandi. Queritur an illis verbis videatur sibi dedisse ptātem substituendi vt vigore mādati & ēt ante litis contestationem possit substituere? Videbatur q sic quasi faciendo posterius eo ipso videatur fecisse prius.ar.l. ad rē & .l.ad legatum.de procu. & .l.illud.§.fi. de acqui. here. Fuit dictum per oēs ꝯ.q̄ illa verba non sunt dispositiua. & q̄ verba prolata que supponunt aliud nil disponunt super eo qđ supponunt.ar.l.ex facto.de here.institu. & q̄ clausula in qua dñs relevat procuratorem venit ad executionem precedentis mandati. Et ideo q̄nuis verba ibi late ponant.tñ non ampliant precedentē ꝯmissionē.ar.de p̄sūbē.c.i.ad fi.in cle.

¶ Procurator datus ad audiendaz sniam dūtaxat potest appellare.hoc dicit. II

A constitutus Vel substitutus procurator ad audiēdaz sniam duntaxat possit appellare a snia lata ꝯ eum? Et vr̄ q non pp limitationem predictam: q̄ erat ad audiēdam sniam dūtaxat constitutus vel substitutus.ar.l.diligenter.ff.mādati.& ar.C.de procu.in.l.maritus. vbi maritus intelligitur prohibitus ab aliis que alias potuisset propter expressionem & limitationez mandati. pro hoc ēt bene facit de periculo & cōmo.rei ven.l.si vna.cum no.per Cy.C.de legi. q favore.in.ix.opi. Ad ꝯrium opinione oēs facient inclinati quia si appellare sit de connexis & dependentibus ipsi mādato. & q̄ est quasi vicinum ipsi mandato.ar.ad hoc.ff.iudi. sol.iam tamen.§.in hac. & facit ad hoc quod no. Comp. de elec.statuimus.li.vi.super verbo.in personam.in.i.q.quam sibi movet.& est circa mediuz.xii.colū. & q̄ dñs non vr̄ in dubio illam limitationem fecisse ad impugnandum suam iusticiam.quod esset si nō posset appellare.ar.ff.de testa.mili.l.iii. pro quo ēt facit.q̄ constitutus procurator ad cām licet cēseatur limitatus ad principalem tñ cām hoc non obstante pōt & dz appellare.extra.de procu.non iniuste.& .C.eo.ti.in.l.invitus.ergo & ista non obstante limitatione predicta non poterit appellare.fateor tñ q obstante limitatōz predicta nō poterit appellationem prosequi.ar.dicte.l.invitus.cum sua materia.& eoꝝ que no.Inn.in.c.p̄tino.de procu.vbi vide.

¶ An procuratorium generale extendatur ad causas futuras allegat & remittit.hoc dicit. III

Trum Procuratorium generale extendatur ēt ad cās vel lites futuras vel solum ad tunc p̄ñtes per.l.qui bz.§.fi.& .l.seq.ff.de iudi.tel.& dic vt ibi p oy.ꝯ de pñn.q̄ circa.cū ibi alle.solu. ibi pz.

¶ Potest quis constituere procuratores ad acceptanduz & permutandum etiam beneficia in posterum conferenda in genere.hoc dicit. IIII

Trum Quis possit constituere procuratorem ad acceptandum & permutandum ēt beneficia in posterum cōferenda? Videbatur q non.nisi in spē.& de certo beneficio daretur mandatuz.ar. .ff.de acqui.here.si quis mihi bona.§.sed vtrū generaliter. tñ oēs tenuerunt q imo per.l.iii.de procu. & q̄ isti non sunt de casibus in quibus requiritur spāle mandatū ꝯben. & prima parte no.per Cy.C.ēt per procu. in integrum resti. peti posse.l.i. sed vr̄ q ad permutandum sufficiat generale cum libera.ar.l.procu.cui generaliter libera.ff.de procu.quod verum est.vel si hēat mandatum fm formam.c. qui ad agēdū. de procu.li.vi.vt no. Jo.an.in novel.in.d.c.qui in tua . super verbo.per alios . de consue.audivi tamen q cancellaria nō expediret litteras permutationis virtute procuratorii facti ad permutandum beneficia obtinenda.

Qui dupt causas per seipsum supplendo vices procuratoris & advocati & obtinet expensas quas in eis fuisset facturus.& idē si hūit procuratores seu advocatos amicos.h.d. V

nducens Causam suam propriam q nō habuit procuratorez in cā & obtinens cū adversarius condemnetur in expensis possit petere inter expensas salaria procuratoris & advocati que dedisset.& sunt taxata in curia si eos habuisset facit q sic.ff.rem ra.ha.si procurator.circa mediū. In oppositum facit.ff.de fideius.l.stipulatus es.dic vt no.in spe.ti.de expen.§.postremo.v̄. quid ab emptore. Sed quid si habuit procuratorem & advocatum amicos suos qui pp curialitates & beneficia alias ab ea recepta nolunt hrē salariū. Queritur an tunc possit petere expensas pro procuratore & advocato? Vr̄ distinguendū an illi remittunt sibi aio & eā eum remunerandi vt tunc petere possit. An nō.& tūc p non.l.idēqz. .§.fi.& .l.si vero non remunerandi.in prin.ff.mandati.

Constitutis duobus procuratoribus insolidum non potest vnus gesta p p̄cēsū substitutū alteri⁹ ratificare.h.d. VI

Uo fuerunt Constituti procuratores cum clausa & quilibet eoꝝ insolidum. & q non sit melior conditio occupantis ad certam cām cū ptāte agendi & defendendi &c. & oia alia faciendi que constituens faceret si p̄ns interesset quorum procurator vnus substituit.sed non reperitur scripta substitutio in actis nec alias pōt constare de ea: q̄ notarius cāe coraz quo substituit mortuus est.nec reperitur manuale suum nec prothocollum.tandem multis terminis cum substituto illo servatis.pars adversa pretendit nullitatē processus cum illo substituto habiti. & substituente suo ēt mortuo non vult procedere vlterius in causa nisi reiteratis & resumptis terminis . aliter vero procurator superstes vult q vlterius procedatur in cā ēt non resumptis terminis & ratificat omnia acta cū dcō p̄cēso substituto. Querit an eo ratificāte sit non reiterato terminis vlterius procedendum in causa? aliqui inter quos tunc eram dicebant q sic. & q sufficeret ratificatio alterius procuratoris per.l.licet.de iudi.q̄ procurator ille personam dñi repñtat.vt.l.ossa.ff.de religio.& pōt in causa facere ea que dñs posset ēt virtute generalis clausule &c.superius inserte.quidam tñ in quoꝝ opinione fuit maior pars dicebant ꝯ.tuz q̄ illius procuratoris noie substitutus nihil egerat.sed noie procuratorio.cum substituentis . igitur non possit ratum hrē quod suo noie non est gestum: vt in regula iuris.& .l.si pupilli.de neg. ge. tum ēt quia ex quo non apparebat substitutio perinde erat ac si non esset.ar.l.iii.l. & .l.rurila.polla.ff.de ꝯben.emp. igitur acta cum tali substituto perinde sunt nulla.ac si substitutio non fuisset.igitur rata haberi non possunt.q̄ quod ab initio. nullum est ex post facto ratificari non potest.ar.l.quod ab initio.tuz ēt quia in preiudicium alterius non potest quis ratificare acta cum non procuratore:vt.d.l.licet.ad hoc accedit quod no.H.de rescrip. in.c.nonnulli.super verbo. speciali mandato. & per cy.C.in quibus cau.in inte.rest.non est neces.l.si tutor. & in casu premisso ex tali ratihabitione preiudicabatur parti adverse:q̄ servatus erat terminus ad ponendum & articulandum in quo non dederat obiectus quos nūc dare volebat si terminus reiteretur. tum etiaz quia dicta lex loquitur in domino ratum habente.acta vel gesta cum non procuratore. non autem loquitur in procuratore ratum habente nomine domini. Et quidam etiam dicebant alias fuisse decisum in palatio . q lex illa locum non haberet procuratorem ratificante solum & non domino.& pro hoc bene facit quod no. Jo.an. in novel.de procu.c.is qui.in prin.li.vi.

Sufficit constituere duos procuratores insolidum absqz eo q dicatur cuilibet insolidum.h.d. VII

Uidam Constituit Titium & Meuium procuratores insolidum & non dixit & quilibet eorum insolidum . sed simpliciter insolidum . Queritur an quilibet eorum sit insolidus vel ambo simul ad solidum & non quilibet? Videtur q nō esset qlibet.q̄ si ē ibi aliq̄ dictio distributiua.dixit qda ꝯ. alias dictio

insolidum nihil operaretur. et pro hoc tex. ff. de procurato. pluribus. et extra. de procura. si duo. vbi non ponitur dictio quilibet vel quidlibet. quod si constituens dicit ego vos et quemlibet vestrum constituo procuratorem et non dicat insolidum. an tunc intelligantur constituti insolidum: dicunt aliqui quod ideo ligantur insolidum constituti. ar. eorum que no. in. l. pluribus. ff. de le. ii. et pro hoc facit tex. in. c. cum plures. i. resp. de offi. dele. li. vi. vbi dicit quod insolidum hoc posuit. licet in forma mandati non opponantur illa verba insolidum: et vide quod no. Jnnocen. in. c. in nostra. de procura.

¶ Procurator cum libera potest acceptare beneficia. h. d. VIII

Procurator Generalis etiam cum libera non tamen habens speciale mandatum acceptandum beneficium possit acceptare? Et quod non posset. quia non possit adire hereditatem. ff. de acqui. here. Paulus respondit. sed hec ratio non valet. quia in littera dicitur per te vel alium duxeris acceptandum. sed ad hoc quod requiratur speciale mandatum allegari potest. ff. de acqui. her. si quis mihi bona. § iussu. et § sed verum. et quia sic debet esse in matrimonio spirituali sicut in carnali ad quod contrahendum opus est speciali mandato: vt. c. fi. de procu. li. vi. li. ll. in omnibus etiam circa istam materiam non equipararentur: vt ibi patet per gl. super verbo. contraxerit.

¶ Procurator constitutus et effectus dominus litis potest alium substituere et licet procurator substituens moriatur ante acceptationem valet processus cum eo agitatus. h. d. IX

